كتاب الجرومية *

ومائة العامل

GRAMMATICA ARABICA DICTA GJARUMIA,

& Libellus

CENTUM REGENTIUM

Cum versione Latina & Commentariis

THOMAE ERPENII.

LEIDAE,
Ex Typographia ERPENIANA Linguarum Orientalium.
1617.

LINGVAE ARABICAE STVDIOSIS *S. D.*

THOMAS ERPENIVS.

QVVM *in animum induxiſſem, Domini & Amici mei, typorum meorum Arabicorum vocalium figuris ornatorum ſpecimen aliquod vobis exhibere, multoſque veſtrum Grammaticam aliquam Arabicam, Arabicè ſcriptam, & ab Arabibus approbatam, quæ viam vobis ad intelligentiam plurimorum inſignium quæ extant operum Grammaticalium aperiret, flagrantiſſime deſiderare intellexiſſem: viſum mihi fuit nobiliſſimam hanc, & per univerſam*

Africam, atque Asiam, celeberrimam GJARVMIAM *vobis exhibere; opusculum hercle aureum, & admirandum, de Casuum in Verbis, & Nominibus varietate, atque usu: quam doctrinam in hac lingua maximi esse momenti etiam ij norunt, qui à limine solum Musas Arabicas salutarunt. Excusus aliquando hic libellus Romæ fuit, in Typographia Medicæa, elegantissimo charactere; sed admodum mendose, omissis passim & corruptis, non vocibus tantum, sed & integris sententijs. Editionem hanc sequutus est Clarissimus* D. D. Petrus Kirstenius *Arabismi Promotor eximius: qui tamen, licet manuscriptis exemplaribus fuerit destitutus, loca quædam mendosa fælicissima conjectura restituit. Nos nunc eum tertio edimus, & qui-*

dem,

dem, uti speramus, emendatissime; non ex vitiosa illa editione Romana, sed ex quatuor correctissimis codicibus manuscriptis: quorum unus solum habet contextum accurate vocalium figuris insignitum; reliqua tria doctos etiam additos commentarios. Adjecimus autem versionem Latinam fidelem, uti arbitramur, & mentem Auctoris fæliciter satis exprimentem: nam verbum verbo vertere, curæ nobis usque adeo non fuit; cum hæc non planè ignaris Arabismi, sed ijs, qui jam aliquousque in hoc studio progressi sunt, & communiora quæque verba, atque usitatiores loquendi formulas intelligunt, adeunda censeamus. Addidimus & Commentarium, tum ex ipsorum Arabum, tum ex nostris observationibus, brevem quidem illum, fateor,

ſed talem tamen, uti ſperamus, qui non patietur lectorem non plane ſtupidum in Auctoris ſenſu eruendo magnopere ſe torquere. Id ſi aſſequuti ſumus, gratulamur & nobis, & vobis: neque enim ignoratis quanta hominibus noſtris, etiam eruditis, difficultate eximium hoc opuſculum laborare hactenus viſum fuerit. Multa quidem ſcitu utilia, & neceſſaria paſſim allatis ab Auctore adijci potuiſſent, ſicuti & quædam hic illic adjecimus: ſed nefas eſſe duximus, quod opus Auctor brevitate commendari voluit, nimis prolixis commentarijs in immenſum producere. Accedit quod ea omnia longe commodius in Theſauro noſtro Grammatico, quem edere in animum induximus, proponenda & explicanda arbitremur. Subjunximus ad

majorem

majorem hujus lucem, & ob subjecti similitudinem, insigne opusculum aliud, sine nomine Auctoris, De Centum Regentibus inscriptum, eodem modo versum, & explicatum. Cæterum hoc ignorare vos nolo, unum tantum hujus me habuisse exemplar; ne miremini, si fortassis in eo omissum quid, aut perperam positum inveniatis. Certe in fine pauca quædam deesse videri possunt: quod an ita sit, nec ne, tempore fortassis reddemur certiores. Promisit aliquando hoc opusculum, in suo تصريف Romæ excuso, Doctissimus Io. Baptista Raimundus, sed morte præventus non dedit: si dedisset, opera procul dubio ejus scrupulum hunc nobis exemisset. Atque hunc laborem meum si haud inutilem vobis neque ingratum fuisse intellexero: facile adducar, ut Casiam,

quoque

quoque de universa re Grammatica opus compendiosum quidem, sed verè aureum, & nobiles aliquot alios id genus libros, eodem vobis modo exhibeam. Interim valete. Leidæ in Musæo nostro, Calendis Aprilis, anni لتانس ابن الله, *millesimi sexcentesimi decimi septimi, stilo Gregoriano.*

Admonitio ad Lectorem.

HOC nolo ignores, LECTOR, *Gj* tum in hoc libello nostro, tum in alijs a nobis editis aut edendis scriptis, non Latino sonare more: sed idem omnino valerè quod *J* consonans Gallorum, ut *jamais*, seu *G* eorundem ante *E* vel *I* ut *gentil.* Errata graviora typographica in calce libri annotata invenies. Reliqua, si quæ sunt, spero levia futura, & facile agnoscenda, atque emendanda. Hoc unum tantum habe, pag. 149. lin. 8. pro *tristis* scribendum potius esse *objurgans.* VALE.

بسم

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ

بَابُ ٱلْكَلَامِ *

قَالَ ٱلشَّيْخُ ٱلْإِمَامُ ٱلْعَالِمُ ٱلْعَلَّامَةُ
أَبُو عَبْدِ ٱللَّهِ مُحَمَّدُ بْنُ
مُحَمَّدِ بْنِ دَاوُدَ ٱلصِّنْهَاجِيُّ
ٱلشَّهِيرُ بِأَجُرُّومَ عَفَا ٱللَّهُ عَنْهُ

In nomine DEI misericordis miseratoris.

Caput de Oratione.

DICIT *Dominus*, *Antecellens*, *Doctus*, *atque Eruditus*, Muhammed Abuabdilla, filius Muhammedis, filij

Davidis, Sanhagius, celebris in Agjruma, parcat ei Deus.

Dominus] شيخ *est proprie* ſenex *ſeu* Senior: *at uſus obtinet ut etiam pro* Domino *ſumatur: quem Hiſpani quoque Itali & Galli vocibus à Latino* ſenior *deductis appellant.*

Antecellens] *hoc nomine ornare eos ferè ſolent qui artis alicujus aut ſcientiæ peritia excellentes cæteros poſt ſe relinquunt.*

Eruditus] عَلَّامَةٌ *plus eſt quam* عَالِمٌ, *notatque hominem ſolida eruditione inſtructiſſimum. Maſculinum eſt cum* ة, *ut* خليفة *quod* ſummum Pontificem & Imperatorem *ſignificat.*

Muhammed Abuabdilla] Muhammed *nomen proprium Auctoris eſt:* Abuabdilla, *id eſt,* Pater ſervi Dei, *agnomen. Ducentis poſt Pſeudoprophetam Muhammedem annis cœperunt Muſlimi, ſeu Muhammedani, ad nomina ſua propria agnomina adſciſcere formata cum aliarum vocum, tum harum* اب Pater, ابن Filius, عبد Servus, *interventu: factumque eſt, ſucceſſu temporis, ut neglecto ipſo nomine, perſonæ celebriores ſolo vocarentur agnomine, quin hoc ipſum nomini etiam præponeretur, ut* أَبُو ٱلْفَدَاءِ إِسْمَعِل ABVLFEDAI ISMAEL, *pro* ISMAEL

ABVLFEDAI

ABVLFEDAI, *id est*, Ismael pater redemptionis. صَلَاحُ ٱلدِّينِ يُوسُفُ SALLAHVDDINI IVSEFO, *pro* IVSEFO SALLAHVDDINI, *id est*, Iosephus Restaurator Religionis, *seu*, judicij; *quod nomen Sultani illius Aegyptiaci fuit, qui postremò Christianis Terram Sanctam eripuit, quemque Saladinum vulgò vocant. Plura de hac appellandi ratione vide, ubi prodierit, in Arabe meo, seu Commentario in linguam Arabicam.*

Sanhagius] Sanhagij *natio est Africana; de qua vide Io. Leonem, libro primo cap. decimo.*

Agjruma) *est, ut arbitor,* اجروم *nomen loci in Mauritania, patria Auctoris; nam in codicibus plerisque manuscriptis pro* الشهير باجروم, *est* الجرومي, *id est,* Agjrumensis. *A patria itaq; sua nomen operi suo indidit Auctor: ac si Romanus aliquis opus suum* Romanam, *aut* Romaniam *inscriberet. Abijcit autem nomen* اجروم *in denominatione* ا*: neque hoc est insolens: multa enim propria in denominatione literam aliquam, in principio etiam aut medio vocis, amittunt aut mutant: sicuti fusè in Thesauro nostro Grammatico demonstramus.*

أَلْكَلَامُ هُوَ ٱللَّفْظُ ٱلْمُرَكَّبُ ٱلْمُفِيدُ بِالْوَضْعِ
وَأَقْسَامُهُ ثَلَاثَةٌ إِسْمٌ وَفِعْلٌ وَحَرْفٌ جَاءَ لِمَعْنًى

Oratio eſt pronuntiatio compoſita, utilis, cum intentione: & partes ejus tres ſunt, Nomen, Verbum, & Particula veniens in ſignificationem.

Compoſita] *actu, ut* verberat Zeidus, *vel potentiâ, ut in Imperativo,* verbera *ſcil.* tu Zeide; *& reſponſione, ut* Quis eſt in aula? R. Zeidus, *ſcilicet* eſt in aula: *&* An Zeidus eſt in aula? *R.* Etiam *vel* non *ſcil.* eſt in aula..

Vtilis) *excludit inutilem, qualis eſt conditionalis abrupta, ut* ſi ſcribit Zeidus, *& inepta, ut* Zeidus ſcribet heri.

Cum intentione] *vocem* وضع *Commentatores hoc loco pro* قصد *id eſt* intentione *ſumi tradunt, & excludere dormientium, inſanorum, ebriorum, & avium orationem, quæ proprie loquendo non intendit quod ſignificat. Mihi tamen ſit veriſimile vocem hanc non per ſe ſumendam eſſe, ſed cum præcedenti* المفيد utilis *conjungendam, & vertendam,* in poſitione. *Orationem autem utilem in poſitione eſſe, cujus poſitio, ſeu prolatio eſt utilis, id eſt quæ aliquid*

eſſe

esse dicit aut non esse. *Nam insanorum, dormientium, ebriorum, quin & avium sermo cur oratio esse non dicatur? Cuiq; suum liberum sit judicium.*

Partes ejus] integrantes *scilicet*, *non* specificæ; *alioqui* اقسام *utrasque significat, à singulari* قِسْمٌ.

Veniens in significationem] حرف *est etiam* litera quælibet Alphabeti, *itaq; discriminis ergo, ut significetur pars orationis minus principalis, quam* מלה *Hebræi vocant, sive separabilis ea sit, sive inseparabilis, additur* veniens in significationem, *id est, peculiarem significationem secum adferens, quod non faciunt quælibet Alphabeti literæ.*

فَٱلْإِسْمُ يُعْرَفُ بِٱلْخَفْضِ وَٱلتَّنْوِينِ وَدُخُولِ
ٱلْأَلِفِ وَٱللَّامِ * وَحُرُوفُ ٱلْخَفْضِ وَهِيَ مِنْ
وَإِلَي وَعَنْ وَعَلَي وَفِي وَرُبَّ وَحَتَّي وَحَاشَا
وَمُذْ وَمُنْذُ وَٱلْبَاءُ وَٱلْكَافُ وَٱللَّامُ وَحُرُوفُ
ٱلْقَسَمِ وَهِيَ ٱلْوَاوُ وَٱلْبَاءُ وَٱلتَّاءُ *

Cognoscitur autem Nomen per Chafdam, Nunnationem, & præ-

fixionem Articuli ال. Particulæ autem Chafdæ sunt مِنْ *à*, إِلَي *ad*, عَنْ *à*, عَلَي *super*, فِي *in*, رُبَّ *fortassis*, حَتَّي *usque*, حَاشَا *præter*, مُذْ & مُنْذُ *post*, & *in*, بِ, كَ *sicut*, لِ *ad*, & Particulæ juramenti, quæ sunt وَ, بِ & تَ *per*.

Chafdam] *Constitutis Orationis partibus, quibus singulæ indiciis dignoscantur, declarat. Chafda autem est casus Genitivi Cufensibus; nam Basorenses eum* جَرٌّ *vocant. Fuerunt autem olim Cufa & Basora nobilissima atque amplissima Asiæ oppida, Academiis florentissimis gaudentia, quarum Professores in plerisque controuersiis tum Grammaticalibus, tum aliis, haud aliter dissenserunt, atque in doctrina Scholastica Thomistæ & Scotistæ. Genitivus itaque casus indicium est Nominis, sive ex regimine, seu unius substantivi cum altero constructione, is oriatur, ut* كِتَابُ زَيْدٍ liber Zeidi, *sive ex Particularum Genitivum regentium, quas Auctor paulò post enumerat, præpositione.*

Præfixionem] *propriè* introitu; *quod vocibus præponitur*

præponitur id دخل, *id est,* ingredi, *Arabes dicunt, quod suffigitur,* لزم adharere.

Articuli ال] *vocat eum Auctor* Elif & Lam, *quia ex duabus illis literis componitur, licet Elif ei essentiale esse neget nobilis Arabum Grammaticus Sibujas, & natio etiam quædam pro* ل *usurpet* م. *Invenitur quidem* ال *futuro etiam verbi interdum præpositum, sed significatione* الذي, *id est, relationis, non restrictionis. Porro de sex Nunnationis & totidem Articuli speciebus fusè nos in Thesauro Grammatico. De Particularum autem Chafdæ vi & significatione vide opusculum de centum Regentibus, & Lexicon nostrum Arabicum.*

وَٱلْفِعْلُ يُعْرَفُ بِقَدْ وَٱلسِّينِ وَسَوْفَ وَتَاءِ ٱلتَّانِيثِ ❁

Verbum cognoscitur per قَدْ *jam, interdum*, & سَ & سَوْفَ *deinde*, & تْ fœmininum.

jam, interdum,] *illud cum Præterito, hoc cum Futuro.*

تْ fœmininum] *scilicet* quiescens : *intelligit enim* تْ *persona* نَصَرَتْ. *In editione Romana additur*

quidem

quidem الساكنه*, ſed exemplaria manu exarata id non agnoſcunt : & commentatores omnes malè id ab Auctore omiſſum eſſe tradunt ; quòd* ت *fœmin. etiam reperiatur in Nominibus, at non quieſcens ſeu gjezmatum : nam quæ literæ gjezme habent, & aliena moventur vocali, eæ quieſcere, (ſed impropriè) etiam dicuntur. Propria quies eſt literarum* اوي.

وَٱلْحَرْفُ مَا لَا يَصْلُحُ مَعَهُ دَلِيلُ ٱلْإِسْمِ وَلَا دَلِيلُ ٱلْفِعْلِ ۞

Particula autem eſt, cui non convenit indicium Nominis, neque indicium Verbi.

Sunt & aliæ complures partium orationis notæ, de quibus fusè in Theſauro Grammatico: hic omnia afferre longum foret.

بَابُ ٱلْإِعْرَابِ ✽

أَلْإِعْرَابُ تَغْيِيرُ أَوَاخِرِ ٱلْكَلِمِ لِاخْتِلَافِ ٱلْعَوَامِلِ ٱلدَّاخِلَةِ عَلَيْهَا لَفْظًا أَوْ تَقْدِيرًا ✽

Caput Declinationis.

DEclinatio est variatio finium dictionum, (pro diversitate regentium ipsis præpositorum) enuntiative aut potentialiter.

Declinatio] *Verbum* عرب *ut apud Hebræos, ita & apud Arabes multa significat, & inter alia* recedere, mutare, scire, manifestare, & pulchrum esse : *à quibus omnibus* Casus *vocatur* عَرَبٌ, *quòd eo vox à prima terminatione recedat : quòd fines vocum mutet, quòd vocum vim & significationem cognosci faciat & manifestet, & quòd denique Orationem ornet. Hinc* أَعْرَبَ *&* عَرَّبَ declinare.

Regentium] عوامل *propriè est* operantium : *sed visum mihi fuit terminum Arabicum æquipollenti Latino & noto reddere : quæ enim voces in alias vim exercent, eas ut Latini* regere, *ita Arabes*

operari *dicunt. Possent & Astronomica voce* influere *dici : quo etiam termino alibi me usum meminì.*

Enuntiativè aut potentialiter] *id est*, actu vel potentia : *quæ verba ut significem referenda esse ad* variatio finium, *quæ præcesserunt parenthesi includere libuit : eam enim Auctoris mentem esse Interpretes omnes docent : ut* جَآءَ فَتًي venit puer, رَأَيْتُ فَتًي vidi puerum, أَخَذْتُ مِنْ فَتًي accepi à puero, *ubi* فَتًي *valet* فَتًىٌ, فَتًيٍ, فَتًيًا, *secundum Canones de* ي *finali in Grammatica traditos. Possent tamen verba illa fortassis quoque referri ad* præpositorum, *voces enim etiam subintellectæ casum interdum videntur regere.*

وَأَقْسَامُهُ أَرْبَعَةٌ رَفْعٌ وَنَصْبٌ وَخَفْضٌ وَجَزْمٌ
فَلِلْاَسْمَاءِ مِنْ ذَلِكَ ٱلرَّفْعُ وَٱلنَّصْبُ وَٱلْخَفْضُ
وَلَا جَزْمَ فِيهَا وَلِلْأَفْعَالِ مِنْ ذَلِكَ ٱلرَّفْعُ
وَٱلنَّصْبُ وَٱلْجَزْمُ وَلَا خَفْضَ فِيهَا ۞

Partes

Partes autem ejus ſunt Rafa Naſba, Chafda & Gjezma, e quibus convenit Nominibus Rafa, Naſba, & Chafda; non autem Gjezma: verbis vero Rafa, Naſba, & Gjezma; non autem Chafda.

Rafa] *Nomina caſuum Arabica viſum fuit retinere: alioqui* Rafa *Nominativo*, Nasba *Accuſativo*, Chafda *Genitivo & Ablativo Latinorum reſpondet: niſi quod Accuſativi pro Nominativo frequens & ordinaria quædam hic eſt enallage. Gjezma autem verbalis caſus Arabibus eſt peculiaris.*

Non autem Gjezma] *id eſt, Nullum Nomen, quòd aliunde regatur, vocalem ultimam abjicit: alioqui Nomina quædam aptota reperiuntur conſonante terminata, ut* كَمْ quot? quantum? *verum* (ْ) *in ijs Caſus non eſt, neque* جَزْمٌ *etiam vocatur, ſed peculiari nomine* وَقْفٌ*, & perpetuo eſt immutabile, ut & reliquæ aptotorum terminationes, quæ ſunt Fatha, Damma & Keſra, de quibus vide Caſiam Romæ excuſam pag. 46. & ſequentibus: hoc enim loco de Nomine declinabili tantum agitur.*

بَابُ مَعْرِفَةِ عَلَامَاتِ ٱلْإِعْرَابِ *

لِلرَّفْعِ أَرْبَعُ عَلَامَاتٍ ٱلضَّمَّةُ وَٱلْوَاوُ وَٱلْأَلِفُ
وَٱلنُّونُ * فَأَمَّا ٱلضَّمَّةُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلرَّفْعِ فِي
أَرْبَعَةِ مَوَاضِعَ فِي ٱلْإِسْمِ ٱلْمُفْرَدِ وَجَمْعِ ٱلتَّكْسِيرِ
وَجَمْعِ ٱلْمُؤَنَّثِ ٱلسَّالِمِ وَٱلْفِعْلِ ٱلْمُضَارِعِ ٱلَّذِي
لَمْ يَتَّصِلْ بِآخِرِهِ شَيْءٌ ۞

Caput de notis Casuum.

RAfa notas habet quatuor, Damma, & literas و ا & ن. Damma autem est indicium Rafæ quatuor in locis: In Nomine singulari, In Plurali fracto, In Plurali fœminino perfecto, & in Verbi Futuro cui non adhæret in fine quicquam.

Enumeratis Casibus, quæ singulorum signa sint quibus agnoscuntur exponit: neque ea res prolixo indiget commentario: exemplis tantum singula membra declaranda sunt.

In Nomine singulari] *Additur hic in quibusdam codicibus* مُطْلَقًا universaliter, *ut significetur perinde esse Nomen hoc Variabile sit, seu tres, ut* رَجُلٌ pes, *an Invariabile, seu duos tantum casus habens, ut* أَصْفَرُ flavus.

In Plurali fracto] *ut* أُنَاسٌ homines,

In Plur. fœm. perfecto] *ut* عَالِمَاتٌ doctæ.

In Verbi Futuro, &c.] *ut* يَنْصُرُ juvabit.

Hæc omnia cum aliunde non reguntur Damma in fine habent expressum aut latens, cum Nun vocali, aut sine eo. Plurale autem fractum est quod non terminatur in وْنَ *vel* اتٌ *: nam quod ita terminatur perfectum est; qua de re vide Grammaticam.*

وَأَمَّا ٱلْوَاوُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلرَّفْعِ فِي مَوْضِعَيْنِ فِي جَمْعِ ٱلْمُذَكَّرِ ٱلسَّالِمِ وَفِي ٱلْأَسْمَاءِ ٱلسِّتَّةِ وَهِيَ أَخُوكَ وَأَبُوكَ وَحَمُوكَ وَفُوكَ وَهَنُوكَ وَذُو مَالٍ *

ن autem eſt nota Rafæ in duobus locis: in Plurali Maſculino perfecto, & in ſex Nominibus, ſcilicet.

أَخُوكَ frater tuus, أَبُوكَ pater tuus, حَمُوكَ ſocer tuus, فُوكَ os tuum, هَنُوكِ muliebria tua, & ذُو مَالٍ poſſeſſor opum.

In Plur. Maſc. perf.] *ut* عَالِمُونَ docti.

In ſex Nominibus] *Sex illa nomina cum nun abijciunt ob conſtructionem regiminis aut affixi, adſciſcunt ejus loco in Nominativo* و*, in Genitivo* ي *& Accuſativo* ا*. Auctor ut in Conſtructione tantum id accidere indicaret primis quinque adjunxit affixum* كَ*; ultimo, quod affixum non admittit, Genitivum apponit. Cæterum* هَنٌ *in pleriſque codicibus manu exaratis non reperitur: ſed commentatores id afferunt, dicentes id interdum declinari per nudas vocales, more reliquorum Nominum, interdum per literas* اوي*, ſed prius præſtare.*

وَأَمَّا ٱلْأَلِفُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلرَّفْعِ فِي مَوْضِعٍ وَاحِدٍ

وَاحِدٍ فِي تَثْنِيَةِ ٱلْأَسْمَاءِ خَاصَّةً ❊

ا autem est nota Rafæ in loco uno, in Duali Nominum proprie.

Quædam exemplaria hic addunt.

نَحْوَ ٱلرَّجُلَانِ وَكِلَا وَكِلْتَا إِذَا أُضِيفَا
إِلَى مُضْمَرٍ نَحْوَ قَوْلِكَ جَآءَ ٱلرَّجُلَانِ كِلَاهُمَا
وَقَامَتِ ٱلْمَرْأَتَانِ كِلْتَاهُمَا *id est*, ut ٱلرَّجُلَانِ *duo viri*, & كِلَا *ambo* & كِلْتَا *ambæ*, constructa cum affixo, ut cum dicis جَآءَ ٱلرَّجُلَانِ كِلَاهُمَا *venerunt viri ambo*, قَامَتِ ٱلْمَرْأَتَانِ كِلْتَاهُمَا *surrexerunt mulieres ambæ.*

Verum ego non video cur eæ voces sub Duali nominum *non comprehendantur : quod & de* اِثْنَانِ duo *&* اِثْنَتَانِ duæ *à quibusdam*, *quia Singulare non habent, hic quoq; appositis, habendum.*

وَأَمَّا

وَأَمَّا ٱلنُّونُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلرَّفْعِ فِي ٱلْفِعْلِ ٱلْمُضَارِعِ إِذَا ٱتَّصَلَ بِهِ ضَمِيرُ تَثْنِيَةٍ أَوْ ضَمِيرُ جَمْعٍ أَوْ ضَمِيرُ ٱلْمُؤَنَّثَةِ ٱلْوَاحِدَةِ ٱلْمُخَاطَبَةِ ۞

نَ est nota Rafæ in Verbi Futuro cui adhæret nota Dualis, Pluralis, aut Singularis fœminini ſecundæ perſonæ.

Vt يَنْصُرَانِ, تَنْصُرَانِ, يَنْصُرُونَ, تَنْصُرُونَ, تَنْصُرِينَ, ن *hæc enim aliunde vim non paſſa*, *habent; paſſa, amittunt.*

وَلِلنَّصْبِ خَمْسُ عَلَامَاتٍ ٱلْفَتْحَةُ وَٱلْأَلِفُ وَٱلْكَسْرَةُ وَٱلْيَاءُ وَحَذْفُ ٱلنُّونِ * فَأَمَّا ٱلْفَتْحَةُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلنَّصْبِ فِي ثَلَاثَةِ مَوَاضِعَ فِي ٱلْإِسْمِ ٱلْمُفْرَدِ وَجَمْعِ ٱلتَّكْسِيرِ وَٱلْفِعْلِ ٱلْمُضَارِعِ ٱلَّذِي لَمْ يَتَّصِلْ بِآخِرِهِ شَيْءٌ ۞

Naſba

Nasba notas habet quinque Fatham, ا, Kesram, ي, & rejectionem literæ ن. Ac Fatha quidem nota est Nasbę tribus in locis: in Nomine singulari : in Plurali fracto : & in Verbi Futuro cui non adhæret in fine quicquam.

Ut رَجُلًا virum, رِجَالًا viros, لَنْ يَنْصُرَ non adjuvabit.

وَأَمَّا ٱلْأَلِفُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلنَّصْبِ فِي ٱلْأَسْمَآءِ ٱلسِّتَّةِ نَحْوَ رَأَيْتُ أَخَاكَ وَأَبَاكَ وَمَا أَشْبَهَ ذَلِكَ ۞

ا autem est nota Nasbæ in sex illis Nominibus, ut رَأَيْتُ أَخَاكَ وَأَبَاكَ *vidi fratrem tuum & patrem tuum*, & quæ similia ei sunt.

وَأَمَّا ٱلْكَسْرَةُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلنَّصْبِ فِي
جَمْعِ ٱلْمُؤَنَّثِ ٱلسَّالِمِ ۞

Kesra vero est nota Nasbæ, in Plurali fœminino perfecto.

Vt عَالِمَاتٍ Doctas, أُمَّهَاتٍ Matres.

وَأَمَّا ٱلْيَاءُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلنَّصْبِ فِي
ٱلتَّثْنِيَةِ وَٱلْجَمْعِ ۞

At ي est nota Nasbę in Duali & Plurali.

In Duali] *Vt* رَجُلَيْنِ duos viros.

Plurali] *scilicet* Masculino perfecto, *ut* مُسْلِمِينَ Credentes.

وَأَمَّا حَذْفُ ٱلنُّونِ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلنَّصْبِ فِي
ٱلْأَفْعَالِ ٱلَّتِي رَفْعُهَا بِثَبَاتِ ٱلنُّونِ ۞

Rejectio autem literę ن est nota Nasbæ

Nasbę in Verbis illis quorum Rafa habet ن.

Id est in quinque illis Futuri personis supra enumeratis.

وَلِلْخَفْضِ ثَلَاثُ عَلَامَاتٍ أَلْكَسْرَةُ وَٱلْفَتْحَةُ *

فَأَمَّا ٱلْكَسْرَةُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلْخَفْضِ فِي

ثَلَاثَةِ مَوَاضِعَ فِي ٱلْإِسْمِ ٱلْمُنْصَرِفِ وَجَمْعِ

ٱلتَّكْسِيرِ ٱلْمُنْصَرِفِ وَجَمْعِ ٱلْمُؤَنَّثِ ٱلسَّالِمِ ۞

Chafda notas habet tres, Kesram, ي, & Fatham.

Kesra autem est nota Chafdę tribus in locis: in Nomine singulari variabili, Plurali fracto variabili, & Plurali fœminino perfecto.

Variabili] *sic vertere lubet* مُنْصَرِفٌ *quo epitheto indicant Nomen quod Nunnationem admittit, atque adeo pro diversitate trium Casuum tres etiam destinctas terminationes agnoscit: ut* بَيْتٌ domus:

رُؤُسٌ capita, *sicut Invariabile est quod Nun assumere nequit, & una terminatione Casum utrumque obliquum exprimit : ut* أٰدَمُ Adamus, أَوَامِرُ præcepta. *Cæterum pro* مُغْرَدٌ *& hic & alibi, quidam codices habent* مُنْغَرِدٌ *eadem significatione.* *Exempla autem horum trium sunto* رَاسٍ capitis, رِجَالٍ virorum, جَارِيَاتٍ puellarum.

وَأَمَّا ٱلْيَاءُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلْخَفْضِ فِي ثَلَاثَةِ مَوَاضِعَ فِي ٱلْأَسْمَاءِ ٱلسِّتَّةِ وَفِي ٱلتَّثْنِيَةِ وَٱلْجَمْعِ ۞

ي est nota Chafdę in tribus locis: in Nominibus illis sex, in Duali, & Plurali.

Sex illis Nom.] *supra enumeratis, & iisdem legibus, ut* أَخِيكَ fratris tui.

Duali,] *ut* رَجُلَيْنِ duorum virorum.

Plurali.]

Plurali.] *supple* Masculino perfecto, *non alio, ut* مُسْلِمِينَ fidelium.

وَأَمَّا ٱلْفَتْحَةُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلْخَفْضِ فِي ٱلْإِسْمِ ٱلَّذِي لَا يَنْصَرِفُ ۞

Fatha est nota Chafdæ in Nomine quod non variatur.

Variatur.] *Vt* إِبْرَهِيمَ Abrahami, رَسَايِلَ Epistolarum.

وَلِلْجَزْمِ عَلَامَتَانِ ٱلسُّكُونُ وَٱلْحَذْفُ * فَأَمَّا ٱلسُّكُونُ فَيَكُونُ عَلَامَةً لِلْجَزْمِ فِي ٱلْفِعْلِ ٱلْمُضَارِعِ ٱلصَّحِيحِ ٱلْآخِرِ ۞

Gjezma notas habet duas, Quietem & Rejectionem. Quies est nota Gjezmæ in Fut. Verbi sani ultima.

Quies] *scilicet* impropria, *de qua supra*.

Sani ultimâ,] *adde* & cujus Rafa non habet ن, *ut* لَمْ يَنْصُرْ non adjuvit.

وَأَمَّا ٱلْحَذْفُ فَيَكُونُ عَلَامَةً لِلْجَزْمِ فِي
ٱلْفِعْلِ ٱلْمُضَارِعِ ٱلْمُعْتَلِّ ٱلْآخِرِ وَفِي ٱلْأَفْعَالِ
ٱلَّتِي رَفْعُهَا بِثَبَاتِ ٱلنُّونِ ۞

Rejectio est nota Gjezmæ in Futuro verbi debili ultima: & in verbis illis quorum Rafa habet Nun.

Debili ultima] *ut* لَمْ يَرْمِ non abjecit.

Habet Nun.] *ut* لَمْ يَنْصُرُوا *ubi adsciscitur* ا *otiosum*.

فَصْلٌ ✱

ٱلْمُعْرَبَاتُ قِسْمَانِ قِسْمٌ يُعْرَبُ بِٱلْحَرَكَاتِ
وَقِسْمٌ يُعْرَبُ بِٱلْحُرُوفِ فَٱلَّذِي يُعْرَبُ
بِٱلْحَرَكَاتِ أَرْبَعَةُ أَنْوَاعٍ ٱلْإِسْمُ ٱلْمُفْرَدُ وَجَمْعُ
ٱلتَّكْسِيرِ وَجَمْعُ ٱلْمُؤَنَّثِ ٱلسَّالِمِ وَٱلْفِعْلُ
ٱلْمُضَارِعُ ٱلَّذِي لَمْ يَتَّصِلْ بِآخِرِهِ شَيْءٌ ۞

SECTIO.

SECTIO.

Declinabilium itaq; duo ſunt genera; quorum unum declinatur vocalibus, alterum literis. Vocalibus declinantur ſpecies quatuor: Nomen ſingulare, Plurale fractum, Plurale fœm. perfectum, & Verbi Futurum cui non adhæret in fine quicquam.

Expoſitis Caſuum notis, quæ de ſingulis ſparſim dicta ſunt, hac ſectione Auctor colligit, & tanquam in tabella ita proponit, ut uno quaſi intuitu Lectori fiant conſpicua, & manifeſta: egregiâ ſanè & laudabili methodo.

Vocalibus] *Vocales* Motiones *vocant Arabes, non* Literas. *Nun autem vocale in finibus Nominum, literis quoque non accenſent, ſed vocalium ſtatuunt eſſe accidens.*

وَكُلُّهَا تُرْفَعُ بِالضَّمَّةِ وَتُنْصَبُ بِالْفَتْحَةِ وَتُخْفَضُ بِالْكَسْرَةِ وَتُجْزَمُ بِالسُّكُونِ * وَخَرَجَ عَنْ

عَنْ ذَلِكَ ثَلَاثَةُ أَشْيَاءَ جَمْعُ ٱلْمُؤَنَّثِ ٱلسَّالِمُ
يُنْصَبُ بِٱلْكَسْرَةِ وَٱلْإِسْمُ ٱلَّذِي لَا يَنْصَرِفُ
يُخْفَضُ بِٱلْفَتْحَةِ وَٱلْفِعْلُ ٱلْمُضَارِعُ ٱلْمُعْتَلُّ
ٱلْآخِرِ يُجْزَمُ بِحَذْفِ آخِرِهِ ۞

Atque ea omnia Rafantur per Dammam, Naſabantur per Fatham, Chafdantur per Keſram, & Gjezmantur per quietem. Excipiuntur tria. Plurale fœmin. perfectum Naſabatur per Keſram: Nomen invariabile Chafdatur per Fatham: & Futurum verbi debilis ultima Gjezmatur per abjectionem ultimæ ſuæ.

Rafari per *eſt habere in Nominativo;* Naſabari, *in Accuſativo;* Chafdari, *in Genitivo; &* Gjezmari, *in Caſu Gjezmatico. Cæterum pro* excipiuntur *ad Verbum eſt*, egrediuntur ab eo tres res.

وَٱلَّذِي

وَٱلَّذِي يُعْرَبُ بِٱلْحُرُوفِ أَرْبَعَةُ أَنْوَاعٍ ٱلتَّثْنِيَةُ
وَجَمْعُ ٱلْمُذَكَّرِ ٱلسَّالِمُ وَٱلْأَسْمَآءُ ٱلسِّتَّةُ
وَٱلْأَفْعَالُ ٱلْخَمْسَةُ وَهِيَ يَفْعَلَانِ وَتَفْعَلَانِ
وَيَفْعَلُونَ وَتَفْعَلُونَ وَتَفْعَلِينَ ۞

Literis declinantur quatuor itidem ſpecies, Duale: Plurale Maſc. perfectum : ſex illa Nomina : & quinque illa verba, nempe يَفْعَلَانِ, تَفْعَلَانِ, يَفْعَلُونَ, تَفْعَلُونَ, تَفْعَلِينَ *

فَأَمَّا ٱلتَّثْنِيَةُ فَتُرْفَعُ بِٱلْأَلِفِ وَتُنْصَبُ وَتُخْفَضُ
بِٱلْيَآءِ * وَأَمَّا جَمْعُ ٱلْمُذَكَّرِ ٱلسَّالِمُ فَيُرْفَعُ
بِٱلْوَاوِ وَيُنْصَبُ وَيُخْفَضُ بِٱلْيَآءِ * وَأَمَّا
ٱلْأَسْمَآءُ ٱلسِّتَّةُ فَتُرْفَعُ بِٱلْوَاوِ وَتُنْصَبُ بِٱلْأَلِفِ
وَتُخْفَضُ بِٱلْيَآءِ * وَأَمَّا ٱلْأَفْعَالُ

ٱلْخَمْسَةُ فَتُرْفَعُ بِٱلنُّونِ وَتُجْزَمُ بِحَذْفِ ٱلنُّونِ ۞

Duale autem Rafatur per ا, Nasabatur & Chafdatur per ي. Plurale vero Masc. perfectum Rafatur per و, Nasabatur & Chafdatur per ي. At sex illa Nomina Rafantur per و , Nasabantur per ا, & Chafdantur per ي. Et sex illa verba Rafantur per ن, Nasabantur vero & Gjezmantur abjectione ن.

Ex toto hoc tractatu satis est manifestum Rafam, Nasbam *&* Chafdam, *non esse vocalium, ut quidam sunt opinati, sed Casuum nomina, qui modo vocalibus illis, modo alijs notis designantur.*

بَابُ ٱلْأَفْعَالِ ۞

أَلْأَفْعَالُ ثَلَاثَةٌ مَاضٍ وَمُضَارِعٌ وَأَمْرٌ نَحْوَ ضَرَبَ وَيَضْرِبُ وَٱضْرِبْ ۞ فَٱلْمَاضِي مَفْتُوحُ ٱلْآخِرِ أَبَدًا ۞ وَٱلْأَمْرُ مَجْزُومٌ أَبَدًا ۞

Caput

Caput Verborum.

VErbum eſt triplex, Præteritum, Futurum, & Imperativum, ut ضَرَبَ *verberavit*, يَضْرِبُ *verberabit*, إِضْرِبْ *verbera*. Ac Præteriti quidem ultima perpetuo Fatham habet, Imperativi vero ſemper Gjezmam.

Explicatis Caſibus, & Caſuum ſignis, quis eorum ſit uſus, quandóque hic aut ille ſit uſurpandus, in ſequentibus Auctor demonſtrat. Quæ itaque præmiſſa ſunt hactenus ad Etymologiam, quæ ſubjiciuntur, ad Syntaxin pertinent. Proponit autem hoc loco Verbi diviſionem, ut eam ſpeciem deſignet, quæ ſola Caſuum admittit varietatem, nempe Futurum.

Triplex] *Arabicè*, verba (ſunt) tria.

Fatham habet.] *In ipſo ſcilicet themate: nam accedentibus Perſonarum, aut Pluralis Numeri notis, id excidit, aut in Damma mutatur. Sic per Imperativum primam ejus vocem intellige.*

وَٱلْمُضَارِعُ مَا كَانَتْ فِي أَوَّلِهِ إِحْدَى ٱلزَّوَايِدِ ٱلْأَرْبَعِ يَجْمَعُهَا قَوْلُكَ أَنَيْتُ وَهُوَ مَرْفُوعٌ

مَرْفُوعٌ أَبَدًا حَتَّى يَدْخُلَ عَلَيْهِ نَاصِبٌ أَوْ جَازِمٌ ۞

Futurum autem eſt in cujus principio una eſt quatuor ſervilium comprehenſarum voce أَنَيْتُ, quod perpetuo Rafatur, donec præponatur ei quid Naſabans, aut Gjezmans.

Rafatur] *per damma ſcilicet ultimæ radicalis, aut* ن *ſervile in fine quinque illarum Perſonarum: nam Plurale fæm. non declinatur.*

Cæterum ratio cur Futurum Caſuum agnoſcat varietatem, & terminationem particularum quarundam influentiâ mutet, ſecundum Arabes eſt affinitas ejus cum Nomine, quæ in tribus hiſce potiſſimum conſiſtit.

I° *Quòd ut Nomen per ſe vagum Articulo reſtringitur; ita Tempus hoc ad præſens & futurum indifferens, certis voculis ad alterutrum determinatur.*

II° *Quòd affinitatem habeat cum Nomine Participiali, tum in ipſa voce; formatur enim hoc ab illo; tum in uſu ejus, cum alterum pro altero non raro uſurpetur.*

III° *Quòd,*

III° *Quòd, more Nominum, initio prædicati* ذ *adſumat, cum ſubjectum* إِنَّ *ante ſe habet.*

Comprehenſarum voce] *ad verbum,* colligit eas dictum tuum.

Naſabans aut Gjezmans] Naſabans *quod Naſabat,* aut Gjezmans, *quod Gjezmat illud, eo quo ſupra dictum eſt modo. In editione Romana adduntur voces* فينصبه *&* فيجزمه, *verum contra fidem exemplarium, & expreſſa Commentatorum verba, qui dicunt eas ſubintelligi.*

فَٱلنَّوَاصِبُ عَشْرَةٌ وَهِيَ أَنْ وَلَنْ وَكَيْ وَإِذَنْ وَلَامُ كَيْ وَلَامُ ٱلْجُحُودِ وَحَتَّي وَٱلْجَوَابُ بِٱلْفَاءِ وَٱلْوَاوِ وَأَوْ ۞

Naſabantia ſunt decem, أَنْ *ut* لَنْ *nequaquam* كَيْ *ut,* إِذًا *bene,* لِ idem quod كَيْ *ut,* لِ negativum, حَتَّي *ut, donec,* & reſponſio per فَ *et,* وَ *et ſimul,* ac أَوْ *ut, donec.*

ان ut] *poſt verba cognitionis ponitur quoq;* أَنْ

 pro

pro أَنَّ *sed tunc non influit : at si præcedat* ظننت *aut soror aliqua ejus, indifferens est influxus.*

إِذًا] *In uno codice* MS°. *est* إِذَنْ, *ut in Romana editione: utrumque usitatum videtur: est autem responsionis particula, ad cujus influxum necessarium est ut ponatur initio sententiæ, ante Futurum rem futuram significans, immediatè, aut intercedente tantum, vocatione, vel juramento, aut negatione, ut videre est in Grammatica nostra à* Raphelengio *excusa. Plura autem de hujus particulæ vi & usu proferentur in Thesauro Grammatico.*

Quod كَيْ ut] *Pleraque exemplaria habent* لِأَمْ كَيْ, *alia* لِكَيْ *quæ vox ex* لِ *&* كَيْ *composita* ut *quoque significat. Mihi dubium non est quin prior lectio Auctoris sit, & necessaria: nam* لِ *omitti nequit, &* لِكَيْ *sub simplicibus suis cōmode comprehenditur, ut &* لِأَنْ ut, أَلَّا, لِئَلَّا, كَيْلَا, ne, *& si quæ sunt similia.*

Negationis,] *Per Lam hoc negationis* لِ *quoddam pleonasticum Futuro post verbum substantivum negatum præfigi solitum intelligitur, ut* مَا كَانَ اللَّهُ

ٱللَّهُ لِيُعَذِّبَ ٱلْمُؤْمِنِينَ non est Deus ut affligat fideles, *id est, non est Deus afflicturus fideles: quam loquutionem apud Arabes frequentem satis, Galli quoque interdum imitari videntur, ut cum dicunt,* je suis pour avoir, *ego sum ut habeam, pro* j'aurai, *habebo, aut habiturus sum*ـ. *Cæterum verti quoque Latine quodam modo hoc* لِ *per* ut *potest.*

Responsio per فَ & وَ] *id est,* وَ *&* فَ *præfixæ Futuro quod respondet præcedenti enuntiationis parti includenti imperium, prohibitionem, vocationem, optationem, interrogationem, aut negationem*ـ. *Cæterum* فَ *causalitatem innuere debet, &* وَ *significare* & simul, *alioqui non influunt. Horum omnium exempla vide in Thesauro Grammatico.*

أَوْ ut, donec] *nam cum significat* aut, *vim*ـ *hanc non habet.*

وَٱلْجَوَازِمُ ثَمَانِيَةَ عَشَرَ وَهِيَ لَمْ وَلَمَّا وَأَلَمْ وَأَلَمَّا وَلَامُ ٱلْأَمْرِ وَٱلدُّعَاءِ وَلَا فِي ٱلنَّهْيِ وَٱلدُّعَاءِ وَإِنْ وَمَا وَمَنْ وَمَهْمَا وَأَنَّى وَإِذْمَا وَأَيٌّ وَمَتَى وَأَيَّانَ وَأَيْنَ وَحَيْثُمَا وَكَيْفَمَا وَإِذَا فِي ٱلشِّعْرِ ۞

Gjezman-

Gjezmantia sunt octodecim nempe لَمْ *non* لَمَّا *nondum*, أَلَمْ *an non*, أَلَمَّا *an nondum*, لِ imperij & rogationis, لَا in vetatione & rogatione, إِنْ *si*, مَا *id quod*, مَنْ *is qui*, مَهْمَا *quotiescunque*, أَنَّى *ubicunque*, إِذْمَا *cum, quando*, أَيٌّ *quicunque*, مَتَى *quum*, أَيَّانَ idem, أَيْنَ *ubi*, أَيْنَمَا *ubicunque*, كَيْفَمَا *quomodo*, & إِذَا *quum*, in carmine.

Octodecim] *quorum prima sex perpetuò Gjezmant, reliqua verò tunc solum, cum Futuro illi verbum aliud ab eo quodammodo dependens, in Oratione respondet: atque tunc si utrumque est Futurum, utrumque Gjezmatur; si prius tantum, id solum; si posterius, liber est influxus. Exempla vide in Grammatica.*

الم & الما] *poterant hæc, ut et* أَفَلَمْ, أَفَلَمَّا, أَوَلَمْ & أَوَلَمَّا, *sub* لَمْ & أَلَمْ *comprehendi.*

Imperij

Imperij] *sic propriè vocare solent* ل *illud quod præpositum Futuro format Imperativum tertiæ, primæ, & interdum quoque secundæ personæ, quæ facere aliquid à superiori jubetur: ut* rogationis *illud est, quo superior ab inferiori oratur: ut*

لِتَغْفِرْ لَنَا رَبَّنَا parce nobis Domine noster.

Ego in Grammatica utrumque per ل *Imperativum intelligo; cum non reliquæ modo nationes, sed & ipsi Arabes Imperativum simplicem, cum aliquid eo rogatur, Rogativum propterea non vocent. Idem de*

لَا vetationis & rogationis *habendum.*

In carmine] *hoc decimum nonum est, octodecim illis adjectum, quia in oratione ligata tantum Futuro ejus aliud verbum respondet. Cæterum sub* كَيْفَمَا *comprehende* كَيْفَ quomodo, & *sub* أَيُّ

أَيُّ حِينٍ quo tempore.

بَابُ مَرْفُوعَاتِ ٱلْأَسْمَاءِ *

أَلْمَرْفُوعَاتُ سَبْعَةٌ وَهِيَ ٱلْفَاعِلُ وَٱلْمَفْعُولُ ٱلَّذِي لَمْ يُسَمَّ فَاعِلُهُ وَٱلْمُبْتَدَأُ وَخَبَرُهُ وَٱسْمُ

كَانَ وَأَخَوَاتِهَا وَخَبَرُ إِنَّ وَأَخَوَاتِهَا وَٱلتَّابِعُ
لِلْمَرْفُوعِ وَهُوَ أَرْبَعَةُ أَشْيَاءَ ٱلنَّعْتُ وَٱلْعَطْفُ
وَٱلتَّوْكِيدُ وَٱلْبَدَلُ ۞

Caput Rafatorum in Nominibus.

RAfata sunt septem, Agens; Patiens, cujus non nominatur agens; Inchoatum; Socius ejus; Nomen verbi كَانَ & sororum ejus; Socius Particulæ إِنَّ & sororum ejus; et sequens Rafatum, quod est quadruplex, Adjectum, Copulatum, Roboratum, et Permutatum.

Explicato Casuum usu in Verbis, progreditur ad Nomina, ostensurus similiter, quibus in locis singuli obtinere debeant, ac primo quidem loco de Rafa, seu Nominativo agit, quem septem locis usurpari ait; octavum perperam omittens, qui est Nomen particularum

cularum مَا & لَا *significantium idem quod* لَيْسَ non est.

بَابُ ٱلْفَاعِلِ

أَلْفَاعِلُ هُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَرْفُوعُ ٱلْمَذْكُورُ قَبْلَهُ فِعْلُهُ
وَهُوَ عَلَى قِسْمَيْنِ ظَاهِرٌ وَمُضْمَرٌ فَٱلظَّاهِرُ نَحْوَ
قَامَ زَيْدٌ وَيَقُومُ زَيْدٌ وَقَامَ ٱلزَّيْدَانِ وَيَقُومُ
ٱلزَّيْدَانِ وَقَامَ ٱلزَّيْدُونَ وَيَقُومُ ٱلزَّيْدُونَ
وَقَامَ أَخُوكَ وَيَقُومُ أَخُوكَ * وَٱلْمُضْمَرُ نَحْوَ
قَوْلِكَ ضَرَبْتُ وَضَرَبْنَا وَضَرَبْتَ وَضَرَبْتِ
وَضَرَبْتُمَا وَضَرَبْتُمْ وَضَرَبْتُنَّ وَضَرَبَ وَضَرَبَتْ
وَضَرَبَا وَضَرَبَتَا وَضَرَبُوا وَضَرَبْنَ ۞

Caput Agentis.

AGens est Nomen rafatum ante se habens Verbum suum: estq; duarum specierum, Explicitum & Implici-

Implicitum. Explicitum eſt, ut cum dicis, قَامَ زَيْدٌ *ſtetit Zeidus*, يَقُومُ زَيْدٌ *ſtabit Zeidus*, قَامَ ٱلزَّيْدَانِ *ſteterunt duo Zeidi*, يَقُومُ ٱلزَّيْدَانِ *ſtabunt duo Zeidi*, قَامَ ٱلزَّيْدُونَ *ſteterunt plures Zeidi*, يَقُومُ ٱلزَّيْدُونَ *ſtabunt plures Zeidi*, قَامَ أَخُوكَ *ſtetit frater tuus*, يَقُومُ أَخُوكَ *ſtabit frater tuus*. Implicitum eſt, ut cum dicis, ضَرَبْتُ *verberavi*, ضَرَبْنَا *verberavimus*, ضَرَبْتَ *verberaſti m.* ضَرَبْتِ *verberaſti f.* ضَرَبْتُمَا *verberaviſtis duo*, vel *duæ*, ضَرَبْتُمْ *verberaſtis m.* ضَرَبْتُنَّ *verberaſtis f.* ضَرَبَ *verberavit m.* ضَرَبَتْ *verberavit f.* ضَرَبَا *verberarunt duo*,

duo, ضَرَبَتَا *verberarunt duæ*, ضَرَبُوا *verberarunt m.* ضَرَبْنَ *verberarunt f.*

Vides nihil esse aliud Agentis Nomen, quàm Nominativum Verbi Activi qui postponi fere suo Verbo apud Arabes solet, & duplex est, Manifestus, id est Nomen, & Latens, id est Pronomen verbo inclusum.

Habet ante se] *Arabicè,* Commemoratum ante illud, est Verbum ejus: estque duarum specierum, Manifestum, & intellectum. *Profert autem exempla Agentis rafati per vocalem, ex omni Numero in una voce* زَيْدٌ *(nam propria hominum Pluralem Numerum ignorare negant Arabes) idque cum Præterito & Futuro: quæ cur etiam cum Plurali Singularis sint Numeri, constat ex Grammatica. Eodem deinde modo subjungit exemplum rafati per literam.*

بَابُ ٱلْمَفْعُولِ ٱلَّذِي لَمْ يُسَمَّ فَاعِلُهُ *

وَهُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَرْفُوعُ ٱلَّذِي لَمْ يُذْكَرْ مَعَهُ فَاعِلُهُ فَإِنْ كَانَ ٱلْفِعْلُ مَاضِيًا ضُمَّ أَوَّلُهُ

 وَكُسِرَ

وَكُسِرَ مَا قَبْلَ آخِرِهِ وَإِنْ كَانَ مُضَارِعًا
ضُمَّ أَوَّلُهُ وَفُتِحَ مَا قَبْلَ آخِرِهِ وَهُوَ عَلَى قِسْمَيْنِ
ظَاهِرٌ وَمُضْمَرٌ فَالظَّاهِرُ نَحْوَ قَوْلِكَ ضُرِبَ زَيْدٌ
وَيُضْرَبُ عَمْرٌو وَأُكْرِمَ زَيْدٌ وَيُكْرَمُ عَمْرٌو
وَالْمُضْمَرُ نَحْوَ قَوْلِكَ ضُرِبْتُ وَضُرِبْنَا وَضُرِبْتَ
وَمَا أَشْبَهَ ذَلِكَ

Caput Patientis cujus Agens non nominatur.

Atque hoc eſt Nomen Rafatum, cujus Agens cum eo commemoratum non eſt. Si autem Verbum ſit Præteritum, prima ejus Dammam habet, penultima autem Keſram poſſidet: at ſi Verbum eſt Futurum, prima ejus Dammam habet, penultima vero Fatham.

Eſtque

Estque duplex, Explicitum, & Implicitũ. Explicitum illud est quod præcessit, ut cum dicis, ضُرِبَ زَيْدٌ *verberatus est Zeidus*, & يُضْرَبُ عَمْرٌو *verberabitur Amrus*, & أُكْرِمَ زَيْدٌ *Honoratus est Zeidus*, يُكْرَمُ عَمْرٌو *Honorabitur Amrus*. Implicitum vero, ut cum dicis ضُرِبْتُ *verberatus sum*, ضُرِبْنَا *verberati sumus*, ضُرِبْتَ *verberatus es*, &cæt.

Patiens est Nominativus verbi passivi explicitus, aut in eo inclusus, eo plane modo quo de Activo dictum est. Definitio ejus dicit, agens ejus non memorari, *& eo etiam epitheto nominari ferè solet, ut distinguatur ab Accusativo patiente, de quo post. Cæterum agens ejus dicitur cum eo non commemorari, quia non agentem, sed patientem exprimit personam, & Verbum ei adjunctum non actionem, sed passionem denotat. Notas autem Verbi passivi vocales statuit, primæ quidem literæ, sive radicalis ea sit, sive servilis, Dammam, tum in Præterito, tum in Futuro; penultimæ verò radicalis in præterito*

Kesram

Kesram, in Futuro Fatham, ac singulorum quidem deinde affert exempla, additis vocibus زَيْدٌ & عَمْرٌو *quas voces Arabum Grammatici haud aliter usurpant, atque Iurisconsulti* Paulus & Titio. *Cæterum in* عَمْرٌو *noli putare* و *redundare, & delendum esse: uni huic Nomini peculiare est, in fine hoc* و *otiosum adsciscere, in statu Chafdæ & Rafæ, non Nasbæ, ut melius, in scriptura maximè non punctata, distinguatur ab* عُمَرُ Omarus. *In Nominativo itaque dicitur* عَمْرٌو*, in Genitivo* عَمْرٍو*, in Acusativo* عَمْرًا*, & hoc facile discernitur ab alterius Accusativo, qui est* عُمَرَ*: est enim Nomen Invariabile.*

&cæt.] *Arabicè*, et quod simile ei est; *pro quo etiam sæpe dicunt* إِلَى آخِرِهِ ad ultimum, *seu*, finem ejus.

بَابُ ٱلْمُبْتَدَإِ وَٱلْخَبَرِ *

ٱلْمُبْتَدَأُ هُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَرْفُوعُ ٱلْعَارِي عَنِ ٱلْعَوَامِلِ ۞

Caput

وَٱلْخَبَرُ هُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَرْفُوعُ ٱلْمُسْنَدُ إِلَيْهِ نَحْوَ
قَوْلِكَ زَيْدٌ قَائِمٌ وَٱلزَّيْدَانِ قَائِمَانِ
وَٱلزَّيْدُونَ قَائِمُونَ ۞

Caput Inchoati & Socij.

INchoatum eſt Nomen rafatum nudum a regentibus. Socius autem eſt Nomen rafatum ei attributum, ut cum dicis زَيْدٌ قَائِمٌ *Zeidus (eſt) ſtans* أَلزَّيْدَانِ قَائِمَانِ *duo Zeidi (ſunt) ſtantes,* أَلزَّيْدُونَ قَائِمُونَ *plures Zeidi (ſunt) ſtantes.*

Inchoatum] *Ita vertendum videtur* مُبْتَدَأٌ*; quod nihil eſt aliud quàm Nomen, aut quid loco Nominis poſitum, ſubjectum conſtituens enuntiationis, cujus prædicatum Nomen quoque eſt, aut quid Nominis vicem gerens, quod vi Verbi ſubſtantivi ſubintellecti ei attribuitur, & Socius ejus vocatur, ut* Petrus ſtans, *ſcilicet* eſt.

Nomen rafatum] *Iam dixi*, aut quid Nominis loco positum, *ut* أَنْ تَصُومُوا خَيْرٌ لَكُمْ ut jejunetis bonum (est) vobis, *id est* صِيَامُكُمْ jejunium vestrum bonum (est) vobis.

Nudum] *seu*, immune à regentibus: *Quadam exemplaria addunt* أَلدَّاخِلَةِ عَلَيْهَا ei præpositis, *non malè. Requiritur autem ea immunitas, quia cum Nomen illud aliunde regitur, seu vim patitur, Inchoatum amplius non vocatur; sed Nomen vocis illius regentis.*

Cæterum Inchoatum restrictum esse debet: quibus autem conditionibus interdum restrictum non sit, in Thesauro Grammatico ان شاء الله *declarabimus; ut & quando præponendum sit Socio suo, vel postponendum: & quando ipsum aut Socius in oratione delitescat: paucis enim verbis ea omnia expediri nequeunt.*

وَٱلْمُبْتَدَأُ قِسْمَانِ ظَاهِرٌ وَمُضْمَرٌ فَٱلظَّاهِرُ مَا تَقَدَّمَ ذِكْرُهُ وَٱلْمُضْمَرُ ٱثْنَا عَشَرَ وَهِيَ أَنَا وَنَحْنُ وَأَنْتَ وَأَنْتِ وَأَنْتُمَا وَأَنْتُمْ وَأَنْتُنَّ وَهُوَ

وَهُوَ وَهِيَ وَهُمَا وَهُمْ وَهُنَّ نَحْنُ قَوْلِكَ أَنَا قَائِمٌ
وَنَحْنُ قَائِمُونَ وَمَا أَشْبَهَ ذَلِكَ ۞

Est autem Inchoatum duplex, Manifestum & Intellectum. Manifestum est id cujus mentio præcessit. Intellecta sunt duodecim, scilicet أَنَا *ego* نَحْنُ *nos*, أَنْتَ *tu m.* أَنْتِ *tu f.* أَنْتُمَا *vos duo*, vel, *duæ*, أَنْتُمْ *vos m.* أَنْتُنَّ *vos f.* هُوَ *ille*, هِيَ *illa*, هُمَا *illi duo*, vel *illæ duæ*, هُمْ *illi*, هُنَّ *illæ*: ut cum dicis, أَنَا قَائِمٌ *ego (sum) stans.* نَحْنُ قَائِمُونَ *nos (sumus) stans*, &c.

Inchoata intellecta, seu implicita, sunt Pronomina personalia, quæ omnia hoc loco enumerat Auctor. Cæterum observa Pronomina illa non Inchoati tantum, sed Socij etiam officio posse fungi, ut أَخُوكَ أَنَا frater tuus (sum) ego : *atque adeo dicendum*

 Auctori

Auctori fuisse, non Inchoatum modò, sed & Socium esse duplicem Explicitum & Implicitum.

وَٱلْخَبَرُ قِسْمَانِ مُفْرَدٌ وَغَيْرُ مُفْرَدٍ فَٱلْمُفْرَدُ نَحْوَ زَيْدٌ قَائِمٌ * وَغَيْرُ ٱلْمُفْرَدِ أَرْبَعَةُ أَشْيَاءَ أَلْمَجْرُورُ وَٱلظَّرْفُ وَٱلْفِعْلُ مَعَ فَاعِلِهِ وَٱلْمُبْتَدَأُ مَعَ خَبَرِهِ نَحْوَ زَيْدٌ فِي ٱلدَّارِ وَزَيْدٌ قَامَ أَبُوهُ وَزَيْدٌ جَارِيَتُهُ ذَاهِبَةٌ

Socius autem duplex quoq; est, Singularis, & non Singularis, Singularis est, ut *Zeidus (est) stans*. Non Singularis est quadruplex, Gjerratū, Comprehensio, Verbum cum Agente suo, & Inchoatum cum Socio suo: ut زَيْدٌ فِي ٱلدَّارِ *Zeidus (est) in domo*, زَيْدٌ عِنْدَكَ *Zeidus (est) apud te*, زَيْدٌ قَامَ أَبُوهُ *Zeidus stat*

ſtat pater ejus, زَيْدٌ جَارِيَتُهُ ذَاهِبَةٌ, *Zei-*
dus puella ejus (eſt) abiens.

Diviſio hæc Socij deſtruit definitionem ſupra poſitam, qua Socius dicebatur eſſe Nomen rafatum, itaque melius definiviſſet Socius eſt Nomen, aut vicem ejus gerens, Inchoato attributum. *Singularis autem Socius eſt, qui una conſtat voce: ut non Singularis qui pluribus.* Gjerratum *eſt Nomen poſitum in Genitivo præmiſsâ Præpoſitione. Comprehenſio eſt Nomen temporis locive comprehenſionem ſeu circumſtantiam denotans, cum alio Nomine conſtructum. Reliqua duo intelliguntur. Singulis membris, ſingula reſpondent exempla.*

بَابُ ٱلْعَوَامِلِ ٱلدَّاخِلَةِ عَلَى ٱلْمُبْتَدَإِ وَٱلْخَبَرِ *

وَهِيَ ثَلَاثَةُ أَشْيَاءٍ كَانَ وَأَخَوَاتُهَا وَإِنَّ

وَأَخَوَاتُهَا وَظَنَنْتُ وَأَخَوَاتُهَا ۞

Caput regentium præpoſitorum

Inchoato & Socio.

ATq; ea tria ſunt, كَانَ *fuit* cum ſororibus ſuis, إِنَّ *etenim* cum

 ſorori-

ſororibus ſuis, & ظَنَنْتُ *putavi* cum ſororibus ſuis.

Inchoatum & Socius ejus rafata quidem naturaliter ſunt, ſicuti dictum eſt; verum tria hæc Rafam in Nasbam mutant, ſeu Nominativo inducunt terminationem Accuſativi: كان *quidem cum ſuis in Socio, &* إِنَّ *in Inchoato,* ظَنَنْتُ *autem in utroque: uti paulò poſt fiet manifeſtum.*

فَأَمَّا كَانَ وَأَخَوَاتُهَا فَإِنَّهَا تَرْفَعُ ٱلْإِسْمَ
وَتَنْصِبُ ٱلْخَبَرَ وَهِيَ كَانَ وَأَمْسَي وَأَصْبَحَ
وَأَضْحَي وَظَلَّ وَبَاتَ وَصَارَ وَلَيْسَ وَمَا زَالَ
وَمَا ٱنْفَكَّ وَمَا بَرِحَ وَمَا فَتِيَ وَمَادَامَ وَمَا
تَصَرَّفَ مِنْهَا نَحْوَ كَانَ وَيَكُونُ وَكُنْ
وَأَصْبَحَ وَيُصْبِحُ وَأَصْبِحْ تَقُولُ كَانَ زَيْدٌ قَائِمًا
وَلَيْسَ عَمْرٌو شَاخِصًا وَمَا أَشْبَهَ ذَلِكَ ۞

كَانَ autem cum ſororibus ſuis

rafat

rafat nomen, & nasabat Socium: suntque كَانَ *fuit* أَمْسَي *vesperi fuit, serò fuit,* أَصْبَحَ *manè fuit,* citò seu *tempestive fuit,* أَضْحَي *diluculo fuit,* ظَلَّ *noctu fuit,* بَاتَ idem, صَارَ *factus est,* لَيْسَ *non fuit,* مَا زَالَ *non desijt esse,* مَا فَتِيَ idem, مَا بَرِحَ idem, مَا ٱنْفَكَّ idem, مَا دَامَ *quamdiu fuit:* & quodcunque ex ijs flectitur, ut كَانَ *fuit* يَكُونُ *erit,* كُنْ *esto,* أَصْبَحَ *fuit cito,* يُصْبِحُ *cito erit,* أَصْبِحْ *esto cito.* Dices كَانَ زَيْدٌ قَائِمًا *fuit Zeidus stans,* لَيْسَ عَمْرٌو شَاخِصًا *non fuit Amrus surgens,* &c.

Rafant Nomen] *id est, Subjectum enuntiationis: id enim cum vocibus* كان *atque* ان *& sororibus*

ribus earum non Inchoatum amplius, ut ante dictum est, ſed Nomen earum vocatur, ut Prædicatum Socius, quemadmodum patuit pag. 34. At poſt ظننت *& ſorores ejus utrumque vocatur Patiens.*

صَارَ factus eſt] *ſic quando ſignificationem hujus habent, ut interdum habent, ſequentia verba:*

غَدَا, رَاحَ, إِنْصَرَفَ, عَادَ, آلَ, قَعَدَ & جَآءَ.

Cæterum زَالَ, إِنْفَكَّ, بَرِحَ & فَتِيَ *negationem, aut prohibitionem ante ſe habere debent, alioqui hujus non ſunt ordinis: id quod Auctori unâ negationis particula* مَا *præpoſitâ indicare viſum fuit. Quibus autem legibus Nomen Socio, aut hoc illi præponendum ſit, alibi declarabitur.*

وَأَمَّا إِنَّ وَأَخَوَاتُهَا فَإِنَّهَا تَنْصِبُ ٱلْإِسْمَ وَتَرْفَعُ ٱلْخَبَرَ وَهِيَ إِنَّ وَأَنَّ وَلَكِنَّ وَكَأَنَّ وَلَيْتَ وَلَعَلَّ تَقُولُ إِنَّ زَيْدًا قَائِمٌ وَلَيْتَ عَمْرًا شَاخِصٌ وَمَعْنَي إِنَّ وَأَنَّ لِلتَّوْكِيدِ وَلَكِنَّ لِلْإِسْتِدْرَاكِ

وَكَأَنَّ

وَكَأَنَّ لِلتَّشْبِيهِ وَلَيْتَ لِلتَّمَنِّي وَلَعَلَّ لِلتَّرَجِّي وَلِلتَّوَقُّعِ ۞

إِنَّ autem cum ſororibus ſuis naſabat Nomen, & rafat Socium: ſuntque إِنَّ, *etenim, utique*, أَنَّ *quod*, لَكِنَّ *ſed* كَأَنَّ *ſicuti*, لَيْتَ *utinam*, & لَعَلَّ *fortaſsis*. Dices إِنَّ زَيْدًا قَائِمٌ *utiq; Zeidus ſtat*, & لَيْتَ عَمْرًا شَاخِصٌ *utinam Amrus ſurgat*. Significant autem إِنَّ & أَنَّ confirmationem, لَكِنَّ reſtrictionem, كَأَنَّ ſimilitudinem, لَيْتَ optationem & لَعَلَّ ſpem, & caſum.

Quod ſuperiora Verba faciunt in Prædicato id hæ Particulæ efficiunt in Subjecto, id eſt, Nominativo dant Accuſativi terminationem. Verum obſerva ad influxum hunc neceſſarium eſſe, ut nihil intercedat inter particulam regentem & Nomen,

seu Subjectum, aut si quid intercedat, id sit Nomen cum Præpositione, aut Comprehensio, ut إِنَّ فِي ٱلدَّارِ زَيدًا utiq; in domo (est) Zeidus, إِنَّ عِنْدَكَ عَمْرًا utique apud te (est) Amrus. *Porrò autem* إِنَّ *primæ voci Prædicati, aut ipsi etiam Subjecto, si postponatur, præfigit utplurimum* لـ*; qua de re fusè in Thesauro Grammatico. Pro* لَكِنَّ *dicitur etiam* لَكِنْ *sed hoc nunquam nasabat, sicuti raro* كَأَنْ *sine tesdid: pro* لَيْتَ *dicitur quoque* لَوْتَ *& pro* لَعَلَّ, عَلَّ *manente vi nasabante.*

بَابُ ظَنَنْتُ *

وَأَمَّا ظَنَنْتُ وَأَخَوَاتُهَا فَإِنَّهَا تَنْصِبُ ٱلْإِسْمَ وَٱلْخَبَرَ عَلَى أَنَّهُمَا مَفْعُولَانِ لَهَا وَهِيَ ظَنَنْتُ وَحَسِبْتُ وَخِلْتُ وَزَعَمْتُ وَرَأَيْتُ وَعَلِمْتُ وَوَجَدْتُّ وَٱتَّخَذْتُ

وَٱتَّخَذْتُ وَجَعَلْتُ وَسَمِعْتُ تَقُولُ ظَنَنْتُ زَيْدًا
قَائِمًا وَخِلْتُ عَمْرًا شَاخِصًا ✿

Caput ظَنَنْتُ putavi, *& ſororum ejus.*

HAEC naſabant Nomen & Socium propterea quod utrumque eorum eſt patiens : ſuntque ظَنَنْتُ *putavi*, حَسِبْتُ *exiſtimavi* خِلْتُ *imaginatus ſum*, زَعَمْتُ *opinatus ſum*, رَأَيْتُ *vidi*, (id eſt, *viſus mihi eſt*) عَلِمْتُ *cognovi*, وَجَدْتُ *cōperi*, إِتَّخَذْتُ *ſtatui*, جَعَلْتُ idem. Dices ظَنَنْتُ زَيْدًا قَائِمًا *putavi Zeidum ſtantem*, خِلْتُ عَمْرًا شَاخِصًا *imaginatus ſum Amrum ſurgentem*.

Vides quomodo hic Inchoatum & Socius Nasbam

sumant, vi verborum regentium geminum Accusativum, qui apud Latinos in geminum Nominativum resolvi potest, apposito quod, *ut* putavi quod Zeidus(erat) stans.*Verba autem hæc si in fine ponantur, aut medio, liberè influunt: ut* زَيْدًا ظَنَنْتُ قَائِمًا Zeidum opinor (esse) stantem, *&* زَيْدٌ ظَنَنْتُ قَائِمٌ Zeidus, opinor, (est) stans, *sic* زَيْدًا قَائِمًا ظَنَنْتُ Zeidum (esse) stantem opinor, *&* زَيْدٌ قَائِمٌ ظَنَنْتُ Zeidus (est) stans, opinor, *Intercedente interrogatione, negatione, aut* ل *cessat quoque influxus, ut alibi demonstramus.*

بَابُ ٱلنَّعْتِ *

أَلنَّعْتُ تَابِعٌ لِلْمَنْعُوتِ فِي رَفْعِهِ وَنَصْبِهِ وَخَفْضِهِ وَتَعْرِيفِهِ وَتَنْكِيرِهِ تَقُولُ قَامَ زَيْدٌ ٱلْعَاقِلُ وَرَأَيْتُ زَيْدًا ٱلْعَاقِلَ وَمَرَرْتُ بِزَيْدٍ ٱلْعَاقِلِ ❁

Caput Adjectivi.

ADjectivum ſequitur ſuum ſubſtantivum in ejus Rafa, Nasba, Chafda, Reſtrictione & Communitate. Dices قَامَ زَيْدٌ ٱلْعَاقِلُ *ſtat Zeidus ſapiens*, رَأَيْتُ زَيْدًا ٱلْعَاقِلَ *vidi Zeidum ſapientem*, مَرَرْتُ بِزَيْدٍ ٱلْعَاقِلِ *ivi cum Zeido ſapiente.*

Explicatis ſex Nominum rafatorum ſpeciebus, progreditur ad ſeptimum, quod eſt Conſequens, *id eſt, Nomen quod ſequitur aliud Nomen rafatum præmiſſum, ſeu quod propterea rafatum eſt quia apponitur aliĳ Nomini rafato, aut in locum ejus ſubſtituitur: quæque ratio Conſequentis rafati eſt, eadem quoq; eſt Naſabati & chafdati: eaque omnia ſimul hoc loco tradit Auctor.*

Adjectivum autem vocare hoc loco lubet Arabum نعت*, quod alioqui illud tantum Adjectivum eſt quod in eadem enuntiationis parte, id eſt Subjecto aut Prædicato, ſuo ſubſtantivo apponitur, uti conſpicuum eſt in exemplis ab Auctore adductis.*

تعريف] *eſt proprie* Notificatio, *& oppoſitum ejus* تنكير negatio, *ego, ut melius intelligar, terminos*

jam è Grammat. mea notissimos Restrictionem *&* Communitatem *usurpo. Vides autem in exemplis allatis* عـاقل *casus ubique ejusdem esse cum suo Substantivo* زيد *& Articulo præfixo restringi, quia* زيد *Nomen est proprium naturâ suâ restrictum. Quæ porro sit ratio convenientiæ inter Substantivum & Adjectivum in Genere & Numero, longum foret hic explicare, Grammaticæ absolutæ id cum alijs multis reservamus.*

وَٱلْمَعْرِفَةُ خَمْسَةُ أَشْيَآءٍ أَلْإِسْمُ ٱلْمُضْمَرُ نَحْوَ أَنَا
وَأَنْتَ وَٱلْإِسْمُ ٱلْعَلَمُ نَحْوَ زَيْدٌ وَمَكَّةُ وَٱلْإِسْمُ
ٱلْمُبْهَمُ نَحْوَ هَذَا وَهَذِهِ وَهَؤُلَآءِ وَٱلْإِسْمُ ٱلَّذِي
فِيهِ ٱلْأَلِفُ وَٱللَّامُ نَحْوَ أَلرَّجُلُ وَٱلْغُلَامُ وَمَا
أُضِيفَ إِلَي وَاحِدٍ مِنْ هَذِهِ ٱلْأَرْبَعَةِ ۞

Restrictio est quintuplex, Pronomen personale, ut أَنَا *ego*, أَنْتَ *tu*; Nomen proprium, ut زَيْدٌ *Zeidus*, مَكَّةُ *Mecca*; Pronomen demon-

demonstrativum, ut هَذَا *hic*, هَذِهِ *hæc*, هَؤُلَاءِ *hi*; Nomen habens ال ut أَلرَّجُلُ *vir ille*, أَلْغُلَامُ *puer ille*, et quod construitur cum uno horum quatuor.

Cum Substantiva & Adjectiva Restrictione & Communitate convenire debere docuerit, quæ Sustantiva & Adjectiva restricta sint, & communia nunc docet: ac prima quidem tria naturaliter restricta sunt, duo verò ultima per accidens.

Pronomen personale] *quod Arabes vocant* Nomen cogitatum; *ut Demonstrativum*, Nomen suspensum.

Horum quatuor] *id est, Nomen quodvis constructum cum Pronomine affixo, aut sequente Genitivo, ut* رَاسُ زَيْدٍ caput Zeidi, يَدِي manus mea كِتَابُ ٱلْمَلِكِ liber regis.

وَٱلنَّكِرَةُ كُلُّ ٱسْمٍ شَائِعٍ فِي جِنْسِهِ لَا يَخْتَصُّ بِهِ وَاحِدٌ دُونَ أَخَرٍ وَتَقْرِيبُهُ كُلُّ مَا صَلَحَ دُخُولُ ٱلْأَلِفِ وَٱللَّامِ عَلَيْهِ نَحْوَ أَلرَّجُلُ وَٱلْفَرَسُ *

Commune

Commune est omne Nomen diffusum per genus suum, quo proprie non designatur unum sine altero, estque omne illud quod assumit ال initio, ut أَلرَّجُلُ *vir ille*, أَلفَرَسُ *equus ille*.

Commune seu indeterminatum est quod restrictum non est, cujus notam statuit assumptionem Articuli ال : *quanquam & Propria quædam non restrictionis, sed ornatus potius causa eum assumant, ut* أَلْمِصْرُ Aegyptus, أَلْخَلِيلُ Chalilus : *sed & aliæ sunt Communitatis notæ, putà Constructio regiminis, & Affixi, præpositio voculæ* رُبَّ fortassis, & كَمْ quot?

بَابُ ٱلْعَطْفِ *

وَحُرُوفُ ٱلْعَطْفِ عَشَرَةٌ وَهِيَ أَلْوَاوُ وَٱلْفَاءُ وَثُمَّ وَأَوْ وَأَمْ وَإِمَّا وَبَلْ وَلَكِنْ وَلَا وَحَتَّى فِي بَعْضِ

بَعْضِ ٱلْمَوَاضِعِ فَإِنْ عَطَفْتَ بِهَا عَلَي مَرْفُوعٍ رَفَعْتَ
أَوْ عَلَي مَنْصُوبٍ نَصَبْتَ أَوْ عَلَي مَخْفُوضٍ خَفَضْتَ
أَوْ عَلَي مَجْزُومٍ جَزَمْتَ تَقُولُ قَامَ زَيْدٌ وَعَمْرٌو
وَرَأَيْتُ زَيْدًا وَعَمْرًا وَمَرَرْتُ بِزَيْدٍ وَعَمْرٍو ۞

Caput Conjunctionis.

PArticulæ copulationis ſunt decem, ſcilicet, و, ف *et* ثُمَّ *tum*, أَوْ *aut*, أَمْ *an*, إِمَّا *vel*, بَلْ *ſed*, لَكِنْ *verum*, لَا *non*, & حَتَّي in quibuſdam locis: quibus ſi copulaveris aliquid cum rafato, id rafatum erit, ſi cum naſabato, naſabatum; ſi cum chafdato, chafdatum; ſi cum gjezmato, gjezmatum. Dices, قَامَ زَيْدٌ وَعَمْرٌو *ſtat Zeidus & Amrus*,

رَأَيْتُ زَيْدًا وَعَمْرًا *vidi Zeidum & Amrum* مَرَرْتُ بِزَيْدٍ وَعَمْرٍو *ivi cum Zeido & Amro.*

Secunda Consequentis species est Conjunctum ; cujus regula hic eadem est quæ apud Latinos & Græcos, Conjunctio, *nempe*, similes Casus connectit.

لَكِنْ ſed] لَكِنَّ *particulam perpetuò nasabantem esse supra visum fuit ; hoc loco est* لَكِنْ *quod idem quidem valet, sed alio usu : illud enim non nisi post negationem, & ante ellipsin Verbi usurpatur : hoc indifferenter post affirmationem aut negationem, & ante orationem absolutam.*

Locis] حتي *plerumque significat* usque ad, *vel* donec, *& Genitivum regit : interdum idem valet quod* quin etiam, *& hujus est loci, ut* مَاتَ ٱلنَّاسُ حَتَّى ٱلْأَنْبِيَاءُ mortui sunt homines, quin ipsi etiam Prophetæ.

Reliquarum Particularum significationes & differentiæ, alibi explicabuntur.

بَاب

بَابُ ٱلتَّوْكِيدِ ✻

أَلتَّوْكِيدُ تَابِعٌ لِلْمُوَكَّدِ فِي رَفْعِهِ وَنَصْبِهِ وَخَفْضِهِ وَيَكُونُ بِأَلْفَاظٍ مَعْلُومَةٍ وَهِيَ ٱلنَّفْسُ وَٱلْعَيْنُ وَكُلٌّ وَأَجْمَعُ وَتَوَابِعُ أَجْمَعُ تَقُولُ قَامَ زَيْدٌ نَفْسُهُ وَرَأَيْتُ ٱلْقَوْمَ كُلَّهُمْ وَمَرَرْتُ بِٱلْقَوْمِ أَجْمَعِينَ ✿

Caput Roborationis.

Roboratio ſequitur Roboratum in Rafa ejus, Naſba, & Chafda: Fitque certis vocibus, quæ ſunt, نَفْس *anima*, عَيْنٌ *oculus*, كُلٌّ *totalitas*, أَجْمَعُ *univerſitas*, & quæ ſequuntur أَجْمَعُ. Dices قَامَ زَيْدٌ نَفْسُهُ *ſtat Zeidus ipſe*, رَأَيْتُ ٱلْقَوْمَ كُلَّهُمْ *vidi*

vidi populum totum, مَرَرْتُ بِٱلْقَوْمِ أَجْمَعِينَ *ivi cum populo universo.*

Adjectiva significantia ipsum, idem, totum, *cum non habeant Arabes, coguntur eorum loco Substantiva usurpare, more Adjectivorum postposita, & cum praecedentibus Substantivis convenientia. Ea Substantiva sunt* نفس, عين, & كل, *quae affixa semper assumunt cum Substantivis convenientia.*

Ac كُلٌّ *quidem cum Duali fit* كِلَا, *cum plurali manet:* نَفْسٌ & عَيْنٌ *utrobique habent* أَنْفُسٌ, & أَعْيُنٌ, *in utroque Genere. His Grammatici addunt* أَجْمَعُ universus, & أَكْتَعُ, أَبْصَعُ, أَبْتَعُ, *quae Consequentia* اجمع *vocantur, propterea quod non usurpantur, nisi praemisso* اجمع, *cujus significationem augent, & intendunt, ut* رَأَيْتُ ٱلنَّاسَ أَجْمَعِينَ أَكْتَعِينَ vidi homines universos cunctos. *Verum haec omnia, me judice, melius dicantur esse Adjectiva, atque ad* نعت *referenda: & hoc peculiare habere, quod Restrictionem non admittant: nam & Numerum & Genus assumunt praecedentium Substan-*

أَنْصَرُ, أَنْصَرَانِ, أَنْصَرُونَ *Substantivorum, more* نَصْرَآءُ, نَصْرَاوَانِ, نُصْرٌ.

Cæterum exemplaria quædam manu exarata post وخفضه *inserunt* وَتَعْرِيفِهِ & in Restrictione ejus, *quod alia omittunt, & benè: nisi* اجمع *cum suis Consequentibus excludas: nam reliqua tria restrictis perpetuo apponuntur, & Affixis restringuntur. Romana editio addit* وتنكيره & in Communitate ejus, *pessimè: nam quod restrictum non est, Roborationem non admittit, ne Adjectivorum quidem illorum* ـب. *Scatet crassissimis mendis ea editio.*

بَابُ ٱلْبَدَلِ *

إِذَا أُبْدِلَ ٱسْمٌ مِنِ ٱسْمٍ أَوْ فِعْلٌ مِنْ فِعْلٍ يَتْبَعُهُ فِي جَمِيعِ أَعْرَابِهِ وَهُوَ عَلَي أَرْبَعَةِ أَقْسَامٍ بَدَلُ ٱلشَّيْءِ مِنَ ٱلشَّيْءِ وَبَدَلُ ٱلْبَعْضِ مِنَ ٱلْكُلِّ وَبَدَلُ ٱلْإِشْتِمَالِ وَبَدَلُ ٱلْغَلَطِ نَحْوَ قَوْلِكَ جَآءَنِي زَيْدٌ أَخُوكَ وَأَكَلْتُ ٱلرَّغِيفَ ثُلُثَهُ

وَنَفَعَنِي زَيْدٌ عِلْمُهُ وَرَأَيْتَ زَيْدًا اَلْفَرَسَ أَرَدْتَ
أَنْ تَقُولَ اَلْفَرَسَ فَغَلَطْتَ فَأَبْدَلْتَ زَيْدًا مِنْهُ ۞

Caput Permutationis.

EST (ſcilicet Permutatio) cum permutatur Nomen cum Nomine, aut Verbum cum Verbo, ſequiturque illud in omnibus ſuis Caſibus. Eſtque quadruplex: Permutatio rei cum re; Permutatio partis cum toto; Permutatio poſſeſſionis; et Permutatio erroris, ut cum dicis جَاءَنِي زَيْدٌ أَخُوكَ *venit ad me Zeidus, frater* (inquam) *tuus.* أَكَلْتُ اَلرَّغِيفَ ثُلُثَهُ *comedi libum, tertiam* (inquam) *partem ejus.* نَفَعَنِي زَيْدٌ عِلْمُهُ *Profuit mihi Zeidus, ſciẽtia*(inquam)*ejus.* رَأَيْتَ زَيْدًا اَلْفَرَسَ *vidiſti*

vidisti Zeidum, *equum* (inquam). Voluisti dicere *equum*, et errasti, & ejus loco posuisti *Zeidum*.

Vox in alterius locum substituta ejusdem cum illa Casus est: atque ea substitutio est quadruplex, ut liquet in contextu, cujus singula exempla singulis respondent speciebus. Cæterum in Permutatione Partis, & Possessionis, necessarium est ut reposita vox prioris habeat affixum, sicuti patet in exemplis. In Permutatione autem erroris convenienter usurpatur vocula بَلْ *pro Latino* inquam.

Atque hæc quidem de quatuor Consequentis speciebus, & in universum de Nomine Rafato, cujus septima species est Consequens. Octava, quā perperam ab Auctore omissam esse dixi, est Nomen vocularum مَا *&* لَا *significantium idem quod* لَيْسَ non est: *hæ enim præposita Inchoato, & Socio, illi Rafæ, seu Nominativi, huic Nasbæ, seu Accusativi dant terminationem; ut* مَا زَيْدٌ قَائِمًا Non est Zeidus stans.

بَابُ مَنْصُوبَاتِ ٱلْأَسْمَاءِ *

أَلْمَنْصُوبَاتُ خَمْسَةَ عَشَرَ وَهِيَ ٱلْمَفْعُولُ بِهِ وَٱلْمَصْدَرُ

وَٱلْمَصْدَرُ وَظَرْفُ ٱلزَّمَانِ وَظَرْفُ ٱلْمَكَانِ
وَٱلْحَالُ وَٱلتَّمْيِيزُ وَٱلْمُسْتَثْنَي وَٱسْمُ لَا وَٱلْمُنَادِي
وَٱلْمَفْعُولُ مِنْ أَجْلِهِ وَٱلْمَفْعُولُ مَعَهُ وَخَبَرُ
كَانَ وَأَخَوَاتِهَا وَٱسْمُ إِنَّ وَأَخَوَاتِهَا وَٱلتَّابِعُ
لِلْمَنْصُوبِ وَهِيَ أَرْبَعَةُ أَشْيَاءَ ۞

Caput de Nominibus Nasabatis.

NAsabata sunt quindecim, scil. factum in quod, Infinitivus, Comprehensio temporis, Comprehensio loci, Status, Discretio, Exceptio, Nomen voculæ لَا, Vocatio, Factum cujus gratia, Factum cum quo, Socius كَانَ et sororum ejus, Nomen إِنَّ & sororum ejus, et sequens Nasabatum, quod est quadruplex.

Decimum quintum omittit: quod, ni fallor, est Socius vocularum لا *&* ما *significantium idem quod* ليس non est, *quarum & Nomen rafatum ante diximus omissum.*

بَابُ ٱلْمَفْعُولِ بِهِ

وَهُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَنْصُوبُ ٱلَّذِي يَقَعُ بِهِ ٱلْفِعْلُ نَحْوَ ضَرَبْتُ زَيْدًا وَرَكِبْتُ ٱلْفَرَسَ وَهُوَ قِسْمَانِ ظَاهِرٌ وَمُضْمَرٌ فَٱلظَّاهِرُ مَا تَقَدَّمَ وَٱلْمُضْمَرُ قِسْمَانِ مُتَّصِلٌ وَمُنْفَصِلٌ فَٱلْمُتَّصِلُ ٱثْنَا عَشَرَ نَحْوَ ضَرَبَنِي وَضَرَبَنَا وَضَرَبَكَ وَضَرَبَكِ وَضَرَبَكُمَا وَضَرَبَكُمْ وَضَرَبَكُنَّ وَضَرَبَهُ وَضَرَبَهَا وَضَرَبَهُمَا وَضَرَبَهُمْ وَضَرَبَهُنَّ وَٱلْمُنْفَصِلُ ٱثْنَا عَشَرَ نَحْوَ قَوْلِكَ إِيَّايَ وَإِيَّانَا وَإِيَّاكَ وَإِيَّاكِ وَإِيَّاكُمَا وَإِيَّاكُمْ وَإِيَّاكُنَّ وَإِيَّاهُ وَإِيَّاهَا وَإِيَّاهُمَا وَإِيَّاهُمْ وَإِيَّاهُنَّ ۞

Caput Facti in quod.

EStque Nomen, in quod cadit actio, ut رَأَيْتُ زَيْدًا *vidi Zeidum*, رَكِبْتُ ٱلْفَرَسَ *adſcendi equum*. Eſtq; duplex, Manifeſtum, et Intellectum. Manifeſtum id eſt, cujus commemoratio præceſſit. Intellectum duplex quoque eſt, Conjunctum, et Separatum. Conjuncta ſunt duodecim, ut cum dicis ضَرَبَنِي *verberavit me*, ضَرَبَنَا *verberavit nos*, ضَرَبَكَ *verberavit te m.* ضَرَبَكِ *verberavit te f.* ضَرَبَكُمَا *verberavit vos duos*, vel *duas*, ضَرَبَكُمْ *verberavit vos m.* ضَرَبَكُنَّ *verberavit vos f.* ضَرَبَهُ *verberavit eum*, ضَرَبَهَا *verberavit eam*, ضَرَبَهُمَا.

ضَرَبَهُمَا *verberavit illos duos*, vel *illas duas*, ضَرَبَهُمْ *verberavit illos*, ضَرَبَهُنَّ *verberavit illas*. Separata itidem duodecim ſunt, ut cum dicis إِيَّايَ *me*, إِيَّانَا *nos*, إِيَّاكَ *te m.* إِيَّاكِ *te f.* إِيَّاكُمَا *vos duos*, vel *duas*, إِيَّاكُمْ *vos m.* إِيَّاكُنَّ *vos f.* إِيَّاهُ *illum*, إِيَّاهَا *illam*, إِيَّاهُمَا *illos duos*, vel *illas duas*, إِيَّاهُمْ *illos*, إِيَّاهُنَّ *illas*.

Factum in quod] *propriè eſt Nomen patiens Latinorum, ſeu quod actionem Verbi ſuſcipit. Et Manifeſtum quidem, Nomen eſt: Intellectum verò, Pronomen, Verbo in fine affixum, aut eidem præmiſſum, & annexum voculæ* إِيَّا *quæ valet Hebræorum* את*. Pro* يقع به *præſtitiſſet dicere* يقع عليه, *ajunt Commentatores: & ita Romana quoque habet editio, ſed contra codicum fidem.*

بَـابُ ٱلْمَصْدَرِ *

أَلْمَصْدَرُ هُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلَّذِي يَجِيُّ ثَالِثًا فِي تَصْرِيفِ ٱلْفِعْلِ نَحْوَ ضَرَبَ يَضْرِبُ ضَرْبًا وَهُوَ قِسْمَانِ لَفْظِيٌّ وَمَعْنَوِيٌّ فَإِنْ وَافَقَ لَفْظَ فِعْلِهِ فَهُوَ لَفْظِيٌّ نَحْوَ قَتَلْتُهُ قَتْلًا وَإِنْ وَافَقَ مَعْنَى فِعْلِهِ دُونَ لَفْظِهِ فَهُوَ مَعْنَوِيٌّ نَحْوَ جَلَسْتُ قُعُودًا وَقُمْتُ وُقُوفًا ۞

Caput Infinitivi.

INfinitivus eſt Nomen quod tertium venit in flexione Verbi, ut ضَرَبَ *verberavit*, يَضْرِبُ *verberabit*, ضَرْبًا *verberando*. Eſtque duplex, Enuntiativus, et Significativus. Quod ſi cum Verbo ſuo enuntiatione conveniat, Enuntiativus eſt, ut قَتَلْتُهُ

قَتَلْتُهُ قَتْلًا *occidi eum occidendo*: si autem significatione cum Verbo suo conveniat, non vero enuntiatione, est Significativus, ut جَلَسْتُ قُعُودًا *sedi sedendo*, قُمْتُ وُقُوفًا *steti stando*.

Sicuti post præsens Indicativi, in flexione Verbi, Latini primo nominant & considerant Præteritum & Supinum, ut dico, dixi, dictum, *& Græci Futurum primum & Præteritum, ut* τύπτω, τύψω, τέτυφα, *quia reliqua ferè omnia ab iis Temporibus derivantur: ita Arabes post thema considerant Futurum & Infinitivum, seu Nomen verbale ipsam exprimens actionem, ut* ضَرَبَ يَضْرِبُ ضَرْبًا, *quomodo & omnia Verba in absolutioribus lexicis proponi solent: & hinc est, quod Auctor dicit Infinitivum esse, quod tertio loco venit in flexione Verbi; rudi sanè & crassa descriptione. Hic itaque Infinitivus Verbo suo, ornatus, aut intensionis causa appositus, nasabari solet, seu in Accusativo poni, sive ejusdem Verbi sit, sive alterius idem significantis. Sub Infinitivo autem comprehenduntur quoque hoc loco Nomina Vicis, & Specificationis, de quibus in Grammatica: nam & ea verbis suis apposita nasabata sunt, & nomine* مصدر *interdum quoque significantur, ut* ضَرَبَ ضَرْبَةً

 verbera-

verberavit verberando semel, *seu* verberationem unam, جَلَسَ جِلْسَةً sedit sessionis illa specie quæ جِلْسَةٌ dicitur.

بَابُ ظَرْفِ ٱلزَّمَانِ وَظَرْفِ ٱلْمَكَانِ *

ظَرْفُ ٱلزَّمَانِ هُوَ ٱسْمُ ٱلزَّمَانِ ٱلْمَنْصُوبُ بِتَقْدِيرِ فِي نَحْوَ ٱلْيَوْمَ وَٱللَّيْلَةَ وَغُدْوَةً وَبُكْرَةً وَسَحَرًا وَغَدًا وَعَتَمَةً وَصَبَاحًا وَمَسَآءً وَأَبَدًا وَأَمَدًا وَحِينًا وَمَا أَشْبَهَ ذَلِكَ ۞

Caput Comprehensionis temporis, & Comprehensionis loci.

COmprehensio temporis est Nomen temporis nasabatum, cum valore voculæ فِي *in*, ut ٱلْيَوْمَ *hoc die*, ٱللَّيْلَةَ *hac nocte*, غُدْوَةً *mane* بُكْرَةً

بُكْرَةً *diluculo,* سَحَرًا idem. غَدًا *cras,* عَتَمَةً *noctu,* صَبَاحًا *mane,* مَسَاءً *vesperi* أَبَدًا *perpetuo,* أَمَدًا *semper,* حِينًا *in tempore,* & similia.

Nomina temporis in Accusativo posita adverbiascunt, veniuntq; pro Genitivis, præmisso فِي in, *ut* صَبَاحًا mane, tempore matutino, *pro* فِي صَبَاحٍ in tempore matutino: سَاعَةً horam *vel* horâ, *pro* فِي سَاعَةٍ: *sic* حِينًا per tempus, aliquamdiu, *pro* فِي حِينٍ. *At non usurpatur hujusmodi Accusativus nisi in responsione ad* Quando? *&* Quamdiu? أَلْيَوْمَ *verto* hoc die, *&* أَللَّيْلَةَ hac nocte, *quia sic usurpantur, per ellipsin, ut opinor, vocularum* هَذَا *&* هَذِهِ, *ob frequentem usum.*

وَأَمَّا ظَرْفُ ٱلْمَكَانِ هُوَ ٱسْمُ ٱلْمَكَانِ ٱلْمَنْصُوبُ بِتَقْدِيرِ

بِتَقْدِيرِ فِي نَحْوَ أَمَامَ وَخَلْفَ وَقُدَّامَ وَوَرَآءَ وَفَوْقَ وَتَحْتَ وَعِنْدَ وَمَعَ وَإِزَآءَ وَتِلْقَآءَ وَحِذَآءَ وَهُنَا وَثَمَّ وَمَا أَشْبَهَ ذَلِكَ ۞

Comprehenſio autem loci eſt Nomen loci naſabatum cum valore في *in*, ut أَمَامَ *coram*, خَلْفَ *poſt*, قُدَّامَ *ante*, وَرَآءَ *à tergo*, فَوْقَ *ſupra*, تَحْتَ *ſub*, عِنْدَ *apud*, مَعَ *cum*, إِزَآءَ *adverſus*, تِلْقَآءَ *obviam*, حِذَآءَ *è regione*, هُنَا *huc*, ثَمَّ *illuc*, & ſimilia.

Omnia hæc Nomina ſunt, & naſabata ob valorem في in: *Nunnata autem non ſunt, quia cum Subſtantivis aut Affixis conſtruuntur : ſignificantque omnia ſitum aut quid ei affine : nam Nomina locum propriè ſignificantia ut* بَيْتٌ domus, مَسْجِدٌ templum, *privilegium hoc non habent : ſi excipias Nomen locale à Futuro Verbi formatum: id enim Verbo ſuo appoſitum vim*

vim præpositionis في in *adsumit in Accusativo, ut* جلس مجلسا sedit sedem, *id est*, in sede.

بَابُ ٱلْحَالِ *

أَلْحَالُ هُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَنْصُوبُ ٱلْمُفَسِّرُ لِمَا ٱنْبَهَمَ مِنَ ٱلْهَيَّاتِ نَحْوَ قَوْلِكَ جَاءَ زَيْدٌ رَاكِبًا وَرَكِبْتُ ٱلْفَرَسَ مُسْرَجًا وَلَقِيتُ عَبْدَ ٱللَّهِ رَاكِبًا وَمَا أَشْبَهَ ذَلِكَ وَلَا يَكُونُ ٱلْحَالُ إِلَّا نَكِرَةً وَلَا يَكُونُ إِلَّا بَعْدَ تَمَامِ ٱلْكَلَامِ وَلَا يَكُونُ صَاحِبُهَا إِلَّا مَعْرِفَةً ۞

Caput Status.

STatus est Nomen nasabatum explicans quod incertum erat de qualitatibus, ut جَاءَ زَيْدٌ رَاكِبًا *venit Zeidus equitans*, رَكِبْتُ ٱلْفَرَسَ

مُسْرَجًا *ascendi equum stratum*، لَقِيتُ عَبْدَ
رَاكِبًا ٱللَّهِ *occurri Abdallæ equitanti.* Et non eſt Status niſi commune: neq; eſt niſi poſt perfectionem orationis: et non eſt poſſeſſor ejus niſi reſtrictum.

Status eſt Nomen ſtatum, aut modum quo res geſta eſt explicans, ut manifeſtum eſt in exemplis: &, ut ait Auctor, perpetuo commune eſt, ſeu non reſtrictum, ſicuti id cui attribuitur, quod صاحبها *id eſt* dominum, *ſeu* poſſeſſorem ejus *vocat Auctor, fere reſtrictum eſt; ferè inquam, nam contrarium interdum obſervatur, ut* جَاءَنِي رَجُلٌ عَلِيمٌ ضَاحِكًا venit ad me vir doctus ridens. *Quod autem poſt perfectam veniat orationem, non impedit quo minus interdum præponatur, ut* رَاكِبًا جَاءَ زَيْدٌ equitans venit Zeidus: *nam mens Auctoris eſt, perfectæ orationi Statum ſuperraddi, poſtpoſitum, aut præpoſitum, ut* جَاءَ زَيْدٌ *eſt perfecta oratio, cui deinde ſuperadditur* رَاكِبًا.

بَابٌ

بَابُ ٱلتَّمْيِيزِ *

أَلتَّمْيِيزُ هُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَنْصُوبُ ٱلْمُفَسِّرُ لِمَا ٱنْبَهَمَ مِنَ ٱلذَّوَاتِ نَحْوَ قَوْلِكَ تَصَبَّبَ زَيْدٌ عَرَقًا وَتَفَقَّأَ بَكْرٌ شَحْمًا وَطَابَ مُحَمَّدٌ نَفْسًا وَٱشْتَرَيْتُ عِشْرِينَ غُلَامًا وَمَلَكْتُ تِسْعِينَ نَعْجَةً وَزَيْدٌ أَكْرَمُ مِنْكَ أَبًا وَأَجْمَلُ مِنْكَ وَجْهًا وَلَا يَكُونُ إِلَّا نَكِرَةً ۞

Caput Diſcretionis.

DIſcretio eſt Nomen naſabatum explicans illud quod incertum erat de eſſentijs : ut cum dicis تَصَبَّبَ زَيْدٌ عَرَقًا *effuſus eſt Zeidus ſudore*, تَفَقَّأَ بَكْرٌ شَحْمًا *erupit Becrus pinguedine*, & طَابَ مُحَمَّدٌ نَفْسًا *bonus*

bonus est Muhammed animam ـ , & إِشْتَرَيْتُ عِشْرِينَ غُلَامًا *emi viginti pueros*, & مَلَكْتُ تِسْعِينَ نَعْجَةً *possideo nonaginta oves*, زَيْدٌ أَكْرَمُ مِنْكَ أَبًا وَأَجْمَلُ مِنْكَ وَجْهًا *Zeidus honoratior est te, quoad patrem, & formosior te, quoad faciem* ـ. Et non est nisi communis.

Discretio id est quo essentialiter quodammodo oratio discernitur, atque restringitur: estque Agentis, aut Quantitatis. Agentis est quæ in Agens, seu Nominativum ante verbum resolvi potest, & per quoad *Latinorum convenienter sæpe exprimitur: ut* طَابَ زَيْدٌ نَفْسًا bonus est Zeidus animam, *seu* quoad animam: *id est*, bona est anima Zeidi. *Quantitatis est numeratum, mensuratum, aut ponderatum, post Nomen numeri, mensuræ, aut ponderis, & resolvi potest in Genitivum præposito* مِنْ *ut* عِنْدِي أَحَدَ عَشَرَ دِرْهَمًا وَعِشْرُونَ دِينَارًا habeo duodecim stateres, & viginti aureos.

عِنْدَكَ

عِنْدَكَ قَفِيزٌ شَعِيرًا Habes modium hordei',

عِنْدَهُ رَطْلٌ زَيْتًا habet libram olivarum, *id est*,

مِنَ ٱلدَّنَانِيرِ, مِنَ ٱلدَّرَاهِمِ, مِنَ ٱلزَّيْتِ, مِنَ

ٱلشَّعِيرِ *Cæterum Numeralia à decem ad centum hujus tantum sunt loci: reliqua Genivitum regunt, more aliorum Substantivorum* ـِ. *Subjungit Auctor Discretionem perpetuo communem esse* ـِ, *id est nunquam restrictam* ـِ. *Male itaque dicas* زَيْدٌ جَمِيلٌ

وَجْهَهُ *vel* ٱلْوَجْهِ.

بَابُ ٱلْإِسْتِثْنَآءِ *

وَحُرُوفُ ٱلْإِسْتِثْنَآءِ ثَمَانِيَةٌ وَهِيَ إِلَّا وَغَيْرُ

وَسِوَى وَسُوَى وَسَوَآءٌ وَخَلَا وَعَدَا وَحَاشَا

فَٱلْمُسْتَثْنَي بِإِلَّا يُنْصَبُ إِذَا كَانَ ٱلْكَلَامُ

مُوجَبًا نَحْوَ قَامَ ٱلْقَوْمُ إِلَّا زَيْدًا وَخَرَجَ ٱلنَّاسُ

إِلَّا عَمْرًا وَإِذَا كَانَ ٱلْكَلَامُ مَنْفِيًّا تَامًّا

جَازَ فِيهِ ٱلْبَدَلُ وَٱلنَّصْبُ نَحْوَ مَا قَامَ
أَحَدٌ إِلَّا زَيْدٌ وَإِلَّا زَيْدًا وَإِنْ كَانَ ٱلْكَلَامُ
نَاقِصًا كَانَ عَلَى حَسَبِ ٱلْعَوَامِلِ نَحْوَ مَا قَامَ
إِلَّا زَيْدٌ وَمَا ضَرَبْتُ إِلَّا زَيْدًا وَمَا مَرَرْتُ إِلَّا
بِزَيْدٍ ۞

Caput Exceptionis.

PArticulæ Exceptionis ſunt octo, ſcilicet, إِلَّا *præter, niſi*, سِوًى, سُوًى, سَوَآء, خَلَا, عَدَا, غَيْرُ, & حَاشَا idem. Exceptum autem per إِلَّا naſabatur, cum oratio eſt affirmativa : ut قَامَ ٱلْقَوْمُ إِلَّا زَيْدًا *ſtat populus præter Zeidum*, خَرَجَ ٱلنَّاسُ إِلَّا عَمْرًا *egreſſi ſunt homines præter Amrum*.

At cum oratio eſt negativa, & perfecta, indifferens in eo eſt Permutatio, et Naſba : ut مَا قَامَ أَحَدٌ إِلَّا زَيْدٌ *non ſtat quiſquam niſi Zeidus*, et إِلَّا زَيْدًا *præter Zeidum.* Cum vero oratio eſt defectiva, eſt ſecundum rationem regentium: ut مَا قَامَ إِلَّا زَيْدٌ *non ſtat niſi Zeidus*, مَا ضَرَبْتُ إِلَّا زَيْدًا *non verberavi niſi Zeidum* : et مَا مَرَرْتُ إِلَّا بِزَيْدٍ *non ivi niſi cum Zeido.*

Particulæ] *id eſt*, voculæ, *alioqui omnes hæ voces Particulæ non ſunt : quin ſolum* إِلَّا *Particula eſt :* غَيْرُ *verò* سِوَى , سُوَى , & سَوَآءٌ *Nomina :* خَلَا عَدَا & حَاشَا *Verba : quanquam duæ ultimæ ex quorundam ſententia Particulæ interdum fiant*

Permutatio] *Id eſt : quod poſt* إِلَّا *ponitur liberè*

berè aut Casum eum habet quem Nomen præmissum, more Permutationis; aut Nasbam ـب, more Exceptionis.

Regentium] *Id est: Exceptum eum Casum habet quem requirit verbum præmissum, ut in exemplis patet.*

وَٱلْمُسْتَثْنَى بِغَيْرٍ وَسِوًى وَسُوًى وَسَوَآءٍ مَجْرُورٌ لَا غَيْرَ إِلَّا أَنَّ غَيْرَ تَجْرِي بِوُجُوهِ ٱلْأَعْرَابِ ٱلَّتِي فِي ٱلْإِسْمِ ٱلْوَاقِعِ بَعْدَ إِلَّا وَيَلْزَمُ نَصْبُ سِوًى وَسُوًى وَسَوَآءٍ * وَٱلْمُسْتَثْنَى بِخَلَا وَعَدَا وَحَاشَا يَجُوزُ نَصْبُهُ وَجَرُّهُ نَحْوَ قَامَ ٱلْقَوْمُ خَلَا زَيْدًا وَزَيْدٍ وَعَدَا عَمْرًا وَعَمْرٍو ۞

Exceptum per غَيْرٌ, سِوًى, سُوًى & سَوَآءٍ gjerratum est, non aliter, nisi quod غَيْرٌ subit formas Casuum quę sunt in Nomine cadente post إِلَّا: sed سِوًى, سُوًى & سَوَآءٍ necessario Nasbam

Nasbam habent. Exceptum autem per خَلَا ,عَدَا & حَاشَا indifferenter Nasbam habent aut Gjerram : ut قَامَ ٱلْقَوْمُ خَلَا زَيْدًا, & خَلَا زَيْدٍ stat populus præter Zeidum, عَدَا عَمْرًا وَعَمْرٍو, præter Amrum.

nisi quod غير] *Hæc in editione Romana, & in duobus quoque codicibus manuscriptis desiderantur; sed ex aliis omnino adiicienda videntur. Sensus autem est* غير *eum perpetuo habere casum quem habet exceptum per* الا : *id est, si oratio est affirmativa, nasabari perpetuo; si negativa perfecta, aut nasabari, aut eum habere Casum quem Nomen antecedens: si imperfecta, regi à verbo præmisso: at* سوي *cum suis perpetuo nasabari. Res adeo clara est ut exemplis non sit opus.*

* بَابُ لَا

إِعْلَمْ أَنَّ لَا تَنْصِبُ ٱلنَّكِرَاتِ بِغَيْرِ تَنْوِينٍ إِذَا بَاشَرَتِ ٱلنَّكِرَةَ وَلَمْ تَتَكَرَّرْ لَا نَحْوُ لَا رَجُلَ فِي

ٱلدَّارِ وَإِنْ لَمْ يُبَاشِرْهَا وَجَبَ ٱلرَّفْعُ وَٱلتَّنْوِينُ
وَوَجَبَ تِكْرَارُ لَا نَحْوَ لَا فِي ٱلدَّارِ رَجُلٌ وَلَا
ٱمْرَأَةٌ وَإِنْ تَكَرَّرَتْ جَازَ أَعْمَالُهَا وَٱلْغَاؤُهَا
نَحْوَ لَا رَجُلَ فِي ٱلدَّارِ وَلَا ٱمْرَأَةَ وَإِنْ شِئْتَ
قُلْتَ لَا رَجُلٌ فِي ٱلدَّارِ وَلَا ٱمْرَأَةٌ ۞

Caput voculæ لا *non est.*

SCito quod لا nasabat Communia sine Nunnatione, cum immediate apponitur Communi, neque iteratur لا: ut لَا رَجُلَ فِي ٱلدَّارِ *non est vir in ædibus*. At si non apponatur immediate, necessaria est Rafa, et Nunnatio, ac necesse est iterari لا: ut لَا فِي ٱلدَّارِ رَجُلٌ وَلَا ٱمْرَأَةٌ *non est in domo vir, neq; mulier.* Si autem repetatur, indifferentet regit, aut non

non regit, ut لاَ رَجُلَ فِي ٱلدَّارِ وَلاَ ٱمْرَأَةَ *non est vir in domo, neque mulier.* Et, si vis, dices لاَ رَجُلٌ فِي ٱلدَّارِ وَلاَ ٱمْرَأَةٌ.

Si autem repetatur] *immediatè scilicet præpositum Substantivo restricto: tunc enim libere influit in alterutrum, aut utrumque* ب.

بَابُ ٱلْمُنَادَى *

أَلْمُنَادَى خَمْسَةُ أَنْوَاعٍ ٱلْمُفْرَدُ ٱلْعَلَمُ وَٱلنَّكِرَةُ ٱلْمَقْصُودَةُ وَٱلنَّكِرَةُ غَيْرُ ٱلْمَقْصُودَةِ وَٱلْمُضَافُ وَٱلْمُشَبَّهُ بِٱلْمُضَافِ فَأَمَّا ٱلْمُفْرَدُ ٱلْعَلَمُ وَٱلنَّكِرَةُ ٱلْمَقْصُودَةُ فَيُبْنَيَانِ عَلَى ٱلضَّمِّ مِنْ غَيْرِ تَنْوِينٍ نَحْوَ يَا زَيْدُ وَيَا رَجُلُ وَٱلثَّلَاثَةُ ٱلْبَاقِيَةُ مَنْصُوبَةٌ لَا غَيْرَ تَقُولُ يَا رَجُلاً وَيَا غُلَامَ زَيْدٍ ۞

Caput Vocati.

VOcatum quintuplex eſt, Proprium ſeparatum, Commune aſpectum, Commune non aſpectum, Conſtructum, & ſimile conſtructo. Proprium autem ſeparatum, & Commune aſpectum afficiuntur Damma, ſine nunnatione, ut يَا زَيْدُ *ô Zeide*, يَا رَجُلُ *ô vir*, Tria reliqua naſabata ſunt, non aliter: dices يَا رَجُلًا *ô Vir*, يَا غُلَامَ زَيْدٍ *ô puer Zeidi.*

Proprium ſeparatũ] *id eſt*, non conſtructum.
Aſpectum] *id eſt, quod vocans intuetur.*
Simile conſtructo] *ſic vocant Nomen, quod aliud Nomen regit, ut* يَا طَالِعًا جَبَلًا ô aſcendens montem.

Afficiuntur Damma] *Præſtitiſſet dicere*, vocantur Caſu Rafæ, *nam Dualia, & Pluralia perfecta, Damma non habẽt, ut* يَا زَيْدَانِ يَا زَيْدُونَ. *His addendum quoque eſt reſtrictum per Articulum,*

culum, ut يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ ô homines, يَا ٱللَّهُ ô Deus.

بَابُ ٱلْمَفْعُولِ مِنْ أَجْلِهِ *

وَهُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَنْصُوبُ ٱلَّذِي يُذْكَرُ بَيَانًا لِسَبَبِ وُقُوعِ ٱلْفِعْلِ نَحْوَ قَامَ زَيْدٌ إِجْلَالًا لِعَمْرٍو وَقَصَدْتُكَ ٱبْتِغَاءَ مَعْرُوفِكَ ۞

Caput Facti propter quod.

HOC eſt Nomen naſabatum quod commemoratur ad declarandam cauſam incidentiæ actionis, ut cum dicis, قَامَ زَيْدٌ إِجْلَالًا لِعَمْرٍو *ſurrexit Zeidus ad honorandum Amrum*, & قَصَدْتُكَ ٱبْتِغَاءَ مَعْرُوفِكَ *conveni te ad petendum quod ſcis.*

In Accuſativo ponitur Nomen verbale finem actionis denotans, quod Latini per Gerundium in dum *exprimunt.*

بَابُ ٱلْمَفْعُولِ مَعَهُ *

وَهُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَنْصُوبُ ٱلَّذِي يُذْكَرُ لِبَيَانِ مَنْ فُعِلَ مَعَهُ ٱلْفِعْلُ نَحْوَ قَوْلِكَ جَآءَ ٱلْأَمِيرُ وَٱلْجَيْشَ وَٱسْتَوَى ٱلْمَآءُ وَٱلْخَشَبَةَ ۞

Caput Facti cum quo.

HOC est Nomen Nasabatum quod commemoratur ad declarandum cum quo sit facta actio, ut جَآءَ ٱلْأَمِيرُ وَٱلْجَيْشَ *venit Imperator cum exercitu*, إِسْتَوَى ٱلْمَآءُ وَٱلْخَشَبَةَ *adæquatur aqua cum trabe*.

Litera و *significat interdum idem quod* مع cum, *& tunc regit Accusativum, qui vocatur* Factum cum quo.

وَأَمَّا خَبَرُ كَانَ وَأَخَوَاتِهَا وَٱسْمُ إِنَّ وَأَخَوَاتِهَا
فَقَدْ تَقَدَّمَ ذِكْرُهُمَا فِي ٱلْمَرْفُوعَاتِ وَكَذَلِكَ
ٱلتَّوَابِعُ تَقَدَّمَتْ هُنَالِكَ ۞

Socij autem كَانَ & ſororum ejus, et Nominis إِنَّ, & Sororum ejus commemoratio jam pręceſſit, in Rafatis. Sic & Conſequentia præceſſerunt illic.

بَابُ مَخْفُوضَاتِ ٱلْأَسْمَاءِ ۞

أَلْمَخْفُوضَاتُ ثَلَاثَةٌ مَخْفُوضٌ بِٱلْحَرْفِ وَمَخْفُوضٌ
بِٱلْإِضَافَةِ وَتَابِعٌ لِلْمَخْفُوضِ * فَأَمَّا ٱلْمَخْفُوضُ
بِٱلْحَرْفِ فَهُوَ مَا يُخْفَضُ بِمِنْ وَإِلَي وَعَنْ
وَعَلَي وَفِي وَرُبَّ وَٱلْبَاءِ وَٱلْكَافِ وَٱللَّامِ

وَبِحُرُوفِ

وَبِحُرُوفِ ٱلْقَسَمِ وَهِيَ ٱلْوَاوُ وَٱلْبَاءُ وَٱلتَّاءُ
وَبِوَاوِ رُبَّ وَبِمُذْ وَمُنْذُ * وَأَمَّا مَا يُخْفَضُ
بِٱلْإِضَافَةِ نَحْوَ قَوْلِكَ غُلَامُ زَيْدٍ وَهُوَ عَلَي
قِسْمَيْنِ مَا يَتَقَدَّرُ بِٱللَّامِ وَمَا يَتَقَدَّرُ بِمِنْ
فَٱلَّذِي يَتَقَدَّرُ بِٱللَّامِ نَحْوَ غُلَامُ زَيْدٍ
وَٱلَّذِي يَتَقَدَّرُ بِمِنْ نَحْوَ ثَوْبُ خَزٍّ وَبَابُ
سَاجٍ وَخَاتَمُ حَدِيدٍ ۞

Caput Chafdatorum Nominum.

CHafdata tria ſunt, Chafdatum Particula, Chafdatum regimine, & ſequens Chafdatum. Chafdatum Particula eſt quod chafdatur per مِنْ *à*, إِلَي *ad*, عَنْ *à*, عَلَي *ſuper*, فِي *in*, رُبَّ *fortaſsis*, بِ *in*, كَ *ſicuti*,

ſicuti, لِ *ad*, et Particulas juramenti, quæ ſunt تَ , بِ , وَ *per*, & وَ voculæ رُبَّ , مُذْ & مُنْذُ *poſt*. Quod autem chafdatur regimine eſt ut cum dicis غُلَامُ زَيْدٍ *puer Zeidi*. Eſtque duplex, includens vim لِ & includens vim voculæ مِنْ *à*. Quod vim لِ includit eſt ut غُلَامُ زَيْدٍ *puer Zeidi* : & quod vim مِنْ includit eſt ut ثَوْبُ خَزٍّ *veſtis ſerici*, بَابُ سَاجٍ *porta ebeni*, Et خَاتَمُ حَدِيدٍ *annulus ferri*.

Particulæ Chafdæ initio libri quoque commemoratæ ſunt, ubi & حَتَّي *poſitum*—, *quod hîc omiſſum eſt.*

وَ *voculæ* رُبَّ] *eſt* وَ *dictioni præpoſitum, cum ellipſi illius voculæ, ut* وَبَلَدٍ *pro* وَرُبَّ بَلَدٍ. *Sic &*

post بَلْ *&* كَ *interdum* رُبَّ *ſubticetur, & nihilominus influit : quod & reliquarum etiam Particularum quibuſdam interdum contingit : ut* أَللّٰهِ *pro* تَاللّٰهِ Per Deum : بِكَمْ دِرْهَمٍ quot nummis? *pro* بِكَمْ مِنْ دِرْهَمٍ.

eſtque duplex] *Conſtructio regiminis, aut Poſſeſſionem ſignificat, atque ea* لِ *aut Materiam ex qua & ea* مِنْ *dicitur includere : exempla ſatis manifeſta ſunt. Atq; hic ſit Gjarumiæ & noſtrarum in eam notarum finis; in quibus ſi breves tibi fuiſſe videmur, Lector, ſcito, ea nos tantum voluiſſe afferre, quæ ad mentem Auctoris explicandam neceſſaria videbantur: reliqua in Theſauro noſtro Grammatico fuſe ſatis, & dilucidè pertractata invenies. Interim vale, & literis hiſce fave.*

كِتَابُ مِائَةِ ٱلْعَامِلِ *

ID EST

CENTVM
REGENTIVM
LIBER,

Cum versione Latina & commentario THOMAE ERPENII.

بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ *

وَبَعْدُ فَإِنَّ ٱلْعَوَامِلَ فِي ٱلنَّحْوِ وَهِيَ تَنْقَسِمُ
إِلَي قِسْمَيْنِ لَفْظِيَّةٍ وَمَعْنَوِيَّةٍ * فَٱللَّفْظِيَّةُ مِنْهَا
تَنْقَسِمُ إِلَي قِسْمَيْنِ سَمَاعِيَّةٍ وَقِيَاسِيَّةٍ فَٱلسَّمَاعِيَّةُ
مِنْهَا أَحَدٌ وَتِسْعُونَ عَامِلاً * وَٱلْقِيَاسِيَّةُ مِنْهَا
سَبْعَةُ عَوَامِلَ * وَٱلْمَعْنَوِيَّةُ مِنْهَا عَامِلَانِ
فَٱلْجُمْلَةُ مِائَةُ عَامِلٍ ✡

In nomine Dei misericordis miseratoris.

PORRO autem, dividuntur Regentia, in Grammatica, in duas species: in Enuntiativa, et Significativa.

Enuntiativa

Enuntiativa iterum dividuntur in duas ſpecies, Auſcultatoria, et Normalia. Ac Auſcultatoria quidem Regentia unum et nonaginta ſunt. Normalia vero ſeptem. Significativa autem duo: ut ſumma ſit centum Regentium.

Regentia] عوامل *proprie eſt* operantes, *ſed vocantur hoc nomine à Grammaticis voces illæ, quæ alias regunt, ut alibi explicui. Etſi autem libellus hic de centum Regentibus inſcribatur, non omnia, tamen ea explicat: Normalia enim ſeptem, & Significativa duo, in eo non comparent: niſi fortaſſis id defectu accidat codicis, quod non puto: ſi tamen ita ſeſe res habeat, & in aliјs ea exemplaribus adјciantur, rem mihi pergratam fecerit, qui, quæ hic deſiderantur, mihi ſuppeditaverit.*

وَٱلسَّمَاعِيَّةُ مِنْهَا تَتَنَوَّعُ عَلَي ثَلَاثَةَ عَشَرَ نَوْعًا *
أَلنَّوعُ ٱلْأَوَّلُ مِنْ ثَلَاثَةَ عَشَرَ نَوعًا تَجُرُّ ٱلْإِسْمَ
فَقَطْ وَهِيَ سَبْعَةَ عَشَرَ حَرْفًا * أَحَدُهَا ٱلْبَآءُ -

وَلَهَا مَعَانٍ * أَحَدُهَا ٱلْإِلْتِصَاقُ نَحْوَ
مَرَرْتُ بِزَيْدٍ أَيْ ٱلْتَصَقَ مُرُورِي بِمَوْضِعٍ
يَقْرُبُ مِنْهُ زَيْدٌ * وَٱلثَّانِي ٱلْإِسْتِعَانَةُ نَحْوَ
كَتَبْتُ بِٱلْقَلَمِ أَيْ إِسْتَعَنْتُ فِي ٱلْكِتَابَةِ
بِٱلْقَلَمِ * وَٱلثَّالِثُ ٱلْمُصَاحَبَةُ نَحْوَ خَرَجَ
زَيْدٌ بِعَشِيرَتِهِ أَيْ خَرَجَ بِصُحْبَةِ عَشِيرَتِهِ *
وَٱلرَّابِعُ ٱلْمُقَابَلَةُ نَحْوَ بِعْتُ هٰذَا بِهٰذَا *
وَٱلْخَامِسُ ٱلتَّعْدِيَةُ نَحْوَ ذَهَبْتُ بِزَيْدٍ أَيْ
أَذْهَبْتُهُ * وَٱلسَّادِسُ ٱلظَّرْفِيَةُ نَحْوَ جَلَسْتُ
بِٱلْمَسْجِدِ أَيْ فِي ٱلْمَسْجِدِ * وَٱلسَّابِعُ زَائِدَةٌ
نَحْوَ هَلْ زَيْدٌ بِقَائِمٍ أَيْ هَلْ زَيْدٌ قَائِمٌ *
وَٱلثَّامِنُ ٱلتَّفْدِيَةُ نَحْوَ بِأَبِي وَأُمِّي أَيْ
فَدَاكَ أَبِي وَأُمِّي ۞

Aufculta-

Auſcultatoria dividuntur in tredecim ſpecies, quarum prima Gjerrat Nomen tantum; et Particulas continet ſeptemdecim. Harum prima eſt بِ, quæ complures habet ſignificationes. Prima eſt Adhæſionis, ut مَرَرْتُ بِزَيْدٍ *ivi apud Zeidū*, id eſt, junctus fuit inceſſus meus loco, cui propinquus erat Zeidus. Secunda Auxilij, ut كَتَبْتُ بِالْقَلَمِ *ſcripſi calamo*. Tertia Societatis, ut خَرَجَ زَيْدٌ بِعَشِيرَتِهِ *exijt Zeidus cum familia ſua*. Quarta, Oppoſitionis, ut بِعْتُ هَذَا بِهَذَا *vendidi hoc pro hoc*. Quinta, Tranſitus, ut ذَهَبْتُ بِزَيْدٍ *abij cum Zeido*, id eſt, abduxi eum. Sexta, Cōprehenſionis, ut جَلَسْتُ بِالْمَسْجِدِ *Sedi in templo*. Septima, Redundantiæ,

dantiæ, ut هَلْ زَيْدٌ بِقَائِمٍ *an Zeidus est in stante?* id est, an Zeidus stat? Octava, Liberationis, ut بِأَبِي وَأُمِّي *per patrem meum, et matrem meam,* id est, liberavit te pater meus, et mater mea.

Nomen tantum] *seu, Chafdat solum Nomen; non Socium; inque id solum influit; non in aliam orationis partem, ut reliquæ species. Sunt autem hæ eædem Particulæ quas Auctor Gjarumiæ, pagina quinta Particulas Chafdæ vocat: ubi tamen omittit exceptivas voculas duas,* عدا *&* خلا*; fortassis quòd Verba interdum fiant.*

Septemdecim] *Si supputes, invenies octodecim: sed* من *&* منذ *pro uno sumenda videntur. Addit hic Gjarumia in fine,* و *voculæ* رب*: & celeberrimus Grammaticus Africanus Ibnu-Melic, in* الفيه *sua, id est, Grammatica Chiliade,* كي*,* متي*, &* لعل*: sed quas non malè hic Auctor omittit: sicuti videre est in Thesauro nostro Grammatico.*

Ivi apud Zeidum] *id est*, transij Zeidum: *nam Verbum* مَرَّ *cum* ب *hoc constructum, est* transire.

Auxilij]

Auxilij] *hoc vult* ب *instrumentale*.

Oppositionis] *hoc Ibnu-melic & alijvocant* باءالعوض *id est,* ب *Commutationis. Vocetur & commode* ب pretij : *quia in pretijs tantum usurpatur. Videtur ad* ب *auxilij reduci quoque posse.*

Transitus] *Hoc est quod Neutris postpositum ex ijs quodammodo facit Transitiva, id quod Verbis adventus & discessus creberrimè accidit, quæ tunc* adducere *valent, &* abducere.

Redundantiæ] *Impropria loquutio: nam redundantia significatio non est: sed nec Auctor sic habet, (licet mihi vertendum ita fuerit) verum* redundans, *nihilomagis conveniens : referendum enim & hoc ad* ب *est, non ad* significationes: *melius itaq; dixisset.* Præterquam quod hasce significationes habet interdum etiam in oratione redundat. *Redundare autem solet in prædicato orationis, maximè interrogativæ, & negativæ: & interdum etiam alibi, ut* كَفَي بِٱللّٰهِ هَادِيًا *pro* كَفَي ٱللّٰهُ هَادِيًا sufficit Deus in directorem.

Liberationis] *Angustior est hic terminus, quam par est: verum alium non habuit quo commodius exprimere potuerit* per *Latinorum; quod (aut ego omnino fallor) indicare voluit.*

Id est, liberavit] *Latinè diceres*, per patrem meum, aut matrem meam, *scilicet*, liberatus es, vel tale quid.

Vsurpatur insuper ب *pro* مِنْ أَجْلِ propter, *ut* مِنْ بِدُخُولِكَ propter introitum tuum, *& pro partem significante, ut* يَشْرَبُ بِعَيْنٍ bibit in fonte, *id est*, de fonte : *nec non pro* علي, *ut* أَمَنَهُ عَلَي دِينَارٍ concredidit ei nummum, *pro* بِدِينَارٍ. *Verum monitos hic hujus linguæ studiosos volo, uti diligenter inter legendum observent, quomodo non* ب *tantum, verum & hæ insuper sex præpositiones*, إِلَي, عَنْ, مِنْ, فِي, عَلَي, لِ, *propria potestate, qua certam aliquam, situs plerumque aut motus, circumstantiam denotant, penitus amissâ, soli Verborum Genitivum exigentium constructioni inserviant.*

وَٱلثَّانِي مِنْ وَلَهَا مَعَانٍ أَيْضًا أَحَدُهَا ٱبْتِدَآءُ ٱلْغَايَةِ نَحْوَ سِرْتُ مِنَ ٱلْبَصْرَةِ يَعْنِي ٱبْتِدَأَ سَيْرِي مِنَ ٱلْبَصْرَةِ وَيُعْرَفُ بِصِحَّةِ وَضْعِ ٱلْإِبْتِدَآءِ فِي مَوْضِعِهِ * وَٱلثَّانِي تَبْيِينُ ٱلْجِنْسِ

ٱلْجِنْسِ كَقَوْلِهِ تَعَالَى فَٱجْتَنِبُوا ٱلرِّجْسَ
مِنَ ٱلْأَوْثَانِ * وَٱلثَّالِثُ ٱلتَّبْعِيضُ نَحْوَ
شَرِبْتُ مِنَ ٱلْمَاءِ أَيْ بَعْضَ ٱلْمَاءِ * وَٱلرَّابِعُ
بِمَعْنَى فِي كَقَوْلِهِ تَعَالَى إِذَا نُودِيَ لِلصَّلَوٰةِ
مِنْ يَوْمِ ٱلْجُمُعَةِ أَيْ فِي يَوْمِ ٱلْجُمُعَةِ * وَٱلْخَامِسُ
زَائِدَةٌ نَحْوَ مَا جَاءَنِي مِنْ أَحَدٍ أَيْ مَا
جَاءَنِي أَحَدٌ ۞

Secunda eſt مِنْ : quæ complures quoq; ſignificationes habet: quarum prima eſt Initium negotij, ſeu rei, ut سِرْتُ مِنَ ٱلْبَصْرَةِ *ivi à Baſora*, id eſt, *cæpit iter meum à Baſora*, & eo cognoſcitur, quod convenienter ejus loco ponatur vocabulum *principij*. Secunda eſt decla-

ratio generis, ut cum dicit Deus Opt. Max. فَاجْتَنِبُوا ٱلرِّجْسَ مِنْ ٱلأَوْثَانِ *fugite abominationem de idolis*. Tertia, Partis designatio, ut شَرِبْتُ مِنَ ٱلْمَاءِ *bibi de aqua*, i. *partem aquæ*. Quarta, significatio voculæ فِي *in*, ut cum dicit Deus Opt. Max. إِذَا نُودِيَ لِلصَّلَوٰةِ مِنْ يَوْمِ ٱلْجُمُعَةِ *cum paramur ad orationem de die Veneris*, id est, *in die Veneris*. Quinta, est redundans, ut مَا جَاءَنِي مِنْ أَحَدٍ *non venit ad me de quoquam*, id est, *non venit ad me quisquam*.

Negotij] *Addunt plerique Grammatici* فِي ٱلْمَكَانِ وَٱلزَّمَانِ *id est*, in loco, & tempore: *atque adeo particulam hanc valere volunt à Latinorum ante Nomen loci, & temporis. Exemplum loci habet*

habet Auctor : temporis esto مِنْ يَوْمِ ٱلْخَمِيسِ
á die quinto, *id est*, Iovis.

Principij] *posito scilicet Nomine loco Verbi*, & *addito verbo* ابتدا : *ut patet in declaratione exempli*, incæpit iter meum á Basora. Basora *Nomen urbis est : vide notas nostras in Gjarumiam, pagina 5.*

Generis] *id est, quo nomen præcedens explicatur, & alio Nomine addito, quodammodo specificatur. Atque eo hoc* مِنْ *agnoscitur, quòd loco ejus poni possit Pronomen relativum : sic in exemplo allato dicere licet* أَلَّذِي ٱلْأَوْثَانُ.

Partem aquæ] *sic* مِنَ ٱلنَّاسِ de hominibus, *id est*, quidam homines : *& præmisso etiam Nomine, ut* قَوْمٌ مِنَ ٱلنَّاسِ quidam de hominibus, أَحَدٌ مِنَ ٱلرُّومِ unus de Romanis.

In] *Hoc rarum est : nec alia invenio exempla ab adducto : in quo & ipso* مِنْ *videtur dici posse redundans, pro* لِصَلَوةِ يَوْمِ ٱلْجُمُعَةِ.

Redundans] *Hoc tantum usurpatur in oratione interrogativa, & negativa. Perinde autem est*

 sive

sive Casus sit rectus, ut in exemplo allato: sive obliquus, ut مَا رَأَيْتُ مِنْ أَحَدٍ*, id est* أَحَدًا*,* non vidi quemquam.

Atque hosce quidem Grammatici hujus voculæ usus afferunt: mihi & alij addendi videntur: nam

1° *Passim significat Latinorum* á, *tum causam denotans, ut* خُلِقَ ٱلْعَالَمُ مِنَ ٱللّٰهِ creatus est mundus á Deo; *tum locale, ut* بَعِيدٌ مِنَّا longinquus á nobis, أَخَذَ مِنِّي accepit á me.

2° Ex, *tum locale, ut* خَرَجَ مِنَ ٱلْبَيْتِ egressus est ex domo: *tum materiale, ut* ثَوْبٌ مِنْ خَزٍّ vestis ex serico.

3° Quám, *in comparatione: ut* أَعْظَمُ مِنَ ٱلْمَلِكِ major quam rex.

4° Contra, *ut* نَصَرَنَا مِنَ ٱلْقَوْمِ adjuvit nos contra populum.

5° Per, *ut* يَدْخُلُ مِنَ ٱلْبَابِ ingreditur per portam.

6° Ad, *ut* قَرُبَ مِنِّي accessit ad me.

7° *Iuramenti*

7° *Iuramenti interdum etiam est particula* ـبِ, *ut* مِنْ رَبِّي *pro* بِرَبِّي per Dominum meum.

8° *Aliter etiā usurpatur, ut* مِنْ أَجْلٍ propter, de.

وَإِلَي وَلَهَا مَعْنَيَانِ أَحَدُهُمَا ٱنْتِهَآءُ ٱلْغَايَةِ
نَحْوَ سِرْتُ إِلَي ٱلْكُوفَةِ يَعْنِي ٱنْتَهَي سَيْرِي إِلَي
ٱلْكُوفَةِ * وَٱلثَّانِي بِمَعْنَي مَعَ وَهُوَ قَلِيلٌ
كَقَوْلِهِ تعا وَيَزِدْكُمْ قُوَّةً إِلَي قُوَّتِكُمْ أَيْ
مَعَ قُوَّتِكُمْ وَقَوْلِهِ تعا وَلَا تَأْكُلُوا أَمْوَالَهُمْ
إِلَي أَمْوَالِكُمْ أَيْ مَعَ أَمْوَالِكُمْ ۞

Et إِلَي quæ duas habet significationes, quarū prior est Finis negotij; ut سِرْتُ إِلَي ٱلْكُوفَةِ *ivi ad Cufam*, id est, finitum fuit iter meum ad Cufam: posterior, in significatione مَعَ *cum*; quod rarum est: ut cum ait Deus

Opt.

Opt. Max. وَيَزِدْكُمْ قُوَّةً إِلَي قُوَّتِكُمْ *et addat vobis robur ad robur vestrum,* id est, *cum robore vestro* : et cum dicit, لاَ تَاكُلُوا أَمْوَالَهُمْ إِلَي أَمْوَالِكُمْ *et ne edite opes eorum ad opes vestras,* id est, *cum opibus vestris.*

Finis negotij] *tum in loco, tum in tempore, ut omnino respondeat præcedenti* مِنْ *; quod ut generaliter pro* á, *ita hoc pro* ad *usurpatur.*

Deus Opt. Max.] كَقَوْلِهِ تَعَالَي *modus loquendi compendiosus est, pro* كَقَوْلِ ٱللَّهِ تَعَالَي *quod passim quoque occurrit, & brevitatis etiam causa ellipsin habet relativi* أَلَّذِي, *pro* كَقَوْلِ ٱللَّهِ ٱلَّذِي تَعَالَي ut dictum Dei qui excellit: *id est, ut ait Deus excellens, seu excelsus: qua quidem formula citare plerumque solent Alcoranum, cujus Deum Auctorem esse, & Muhammed impudentissime mentitur, & illi stulte credunt.*

Cæterum تَعَالَي *compendij causa sic* تعا *passim scribi, jam monui in Alphabeto Arabico, nuper edito.*

Ad

Ad robur veſtrum] *hoc exemplum parum* ـه *mihi videtur congruere; quippe in quo melius* إِلَى ad, *quam* مع cum *ſonat: quod ſequitur conveni-entiſſimum eſt. Sumitur quoque interdum hæc vocula pro* عِنْدَ *apud. Et Verborum conſtructioni inſerviens Latinorum Accuſativum plerumque exprimit, ut* نَظَرَ إِلَيْهِ vidit eum.

وَفِي وَلَهَا مَعْنَيَانِ أَحَدُهُمَا ٱلظَّرْفِيَّةُ وَهِيَ
حَوْلُ ٱلشَّيْءِ فِي غَيْرِهِ حَقِيقَةً وَمَجَازًا
مِثَالُ ٱلْحَقِيقَةِ نَحْوَ ٱلْمَاءُ فِي ٱلْكُوزِ وَٱلْمَالُ
فِي ٱلْكِيسِ وَمِثَالُ ٱلْمَجَازِ نَحْوَ ٱلنَّجَاةُ فِي
ٱلصِّدْقِ كَمَا أَنَّ ٱلْهَلَاكَ فِي ٱلْكِذْبِ
وَٱلثَّانِي بِمَعْنَى إِلَى وَهُوَ قَلِيلٌ كَقَوْلِهِ تَعَالَى
لَأُصَلِّبَنَّكُمْ فِي جُذُوعِ ٱلنَّخْلِ ۞

Et فِي quæ duas habet ſignifica-

tiones, quarum prima est Comprehensio; quæ est existentia rei in alia, vere, aut metaphorice. Exemplum veri est, ut أَلْمَاءُ فِي أَلْكُوزِ *aqua est in vase*, et أَلْمَالُ فِي أَلْكِيسِ *pecunia est in crumena*. Exemplum metaphorici est, ut أَلنَّجَاةُ فِي ٱلصِّدْقِ كَمَا أَنَّ ٱلْهَلَاكَ فِي ٱلْكَذِبِ *salus est in veritate, sicuti perditio est in mendacio.* Secunda est valor إِلَى *ad*, et rara est, ut cum ait Deus Opt. Max. وَلَأُصَلِّبَنَّكُمْ فِي جُذُوعِ ٱلنَّخْلِ *et crucifigam vos ad ramos palmarum*.

Comprehensio] *id est, valet in locale Latinorum: non tantum cum quiete, seu Ablativo, uti patet in exemplis adductis: sed & cum motu, seu Accusativo, ut* رَمَى فِي ٱلنَّهْرِ projecit in fluvium.

Quid

Quid autem sit verum في, *seu proprium* in, *quid metaphoricum, & notum est, & satis declarant exempla* في.

Vsurpatur autem quoq; pro فِي ad, *ut* رَدُّوا أَيْدِيَهُمْ فِي أَفْوَاهِهِمْ reduxerunt manus suas ad ora sua.

